





BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU



Inc. 281

INKUNABUEY





11  
Blant  
Muss  
schiff  
1737





Handwritten text on the spine label, likely a library or collection identifier. The text is partially obscured by wear and tear.



# Stultifera Nauis I

Narragonice pfectiōis nunq̄ satis  
laudata Nauis. per Sebastianum.

Brant vernaculo vulgarique sermone & rythmo pro cūctorū mortalium  
fatuitatis semitas effugere cupientium directioe / speculo / comodoque  
& salute: proque inertis ignaueque stulticie perpetua infamia / execratōe  
& cofuratōe / nup̄ fabricata: Atque iā pridem Per Iacobū Locher  
cognomēto Philomusum: Sueuū: in latinū traducta eloquitur: &  
per Sebastianū Brant: denuo seduloque reuisa: felici exordii p̄cipio


## Nauis stultorum



Anno 1497.

A











BIBLIOTEKA  
UNIwersytecka  
W POZnaniv
















~~121886~~

Yn 8340

936

Hain 3749

GKW 5057

Inc. 281

1418603



**Narragonice pfectiōis nunq̄ satis  
laudata Nauis. per Sebastianum.**

Brāt: vernaculo vulgaricq; sermōe & rythmo pro cūctorū mortaliū  
fatuitatis semitas effugere cupiētū directōe / speculo / cōmodoq;  
& salute: proq; inertis ignaueq; stulticie ppetua infamia / execratōe  
& cōfutatōe / nup fabricata: Atq; iā pridem Per iacobū Locher  
cognomēto Philomusum: Sueuū: in latinū traducta eloquiū: &  
per Sebastinū Brant: denuo seduloq; reuisa: felici exordit pncipio

**Nauis stultorū**



Anno 1497.



et Epigrāma

**Narragonia latine facta &**

Iacobo Locher Philomuso: Sueuo.

Eiusdem Epigramma ad lectorem

Epigrā  
ma.

Armina / sint quamuis triuiali sculpta moneta.

c Plaudet tamen teneris lector amice modis.

Cultus eloquium nobis superesse putabis.

Si canimus tragico scripta canora pede.

Sponte quidem tenui fatuos de pmsimus orsu

Stultiuagisq; viris transtra locata patent.

Nauibus ergo vagis ventosq; aurasq; fauentes

Et salubres portus: & loca tuta precor.

Cogantur fatui tumido subsidere ponto.

Nemodo: da tutam Iupiter alme viam.

Si foret inter nos aeras Saturnia: pacis

Sancta fides: vite conspicuumq; decus.

Non iam tot fatuos puppis cumulasset inertes.

Aequora qui sulcant: velaq; picta trahunt.

**Epistola Iacobi Locher Philo  
musi. Ad eruditissimū virū Se-  
bastianū Brant iuriconsultum**

Epistola  
ad Seb.  
Brant.

& poetam argutissimum / pceptorem suum dilectissimū.

Ex Biblioth.  
Universitatis  
Frider. Guil.  
Berolin.

Si fas esset: pceptor iucundissime: exotici ac barbari  
sermonis quiddā tuis mūdissimis auribus inculcare  
In presenti pro ludio rudis loquutor audaxq; iuuen-  
tus manibus tuis dedicarem: quod mihi labor ingenuus: sedē  
tariēq; noctes ac frequēs lucubratio peperere. Sed quia te hu-  
manitatis splendore conspicuum censorem video: absq; rubo-  
ris macula ad te scribendum pueriles excitavi manus. nec enī





# Epistola

es de numero eorum Criticorū. qui cum & ipsi nihil sapiant ingenij tamen asperitudinem in alios vertunt. nec modo ali<sup>o</sup> delignatus vultu. alio vocis sono: alio q̄q̄ incessu nec iactantia obsoletere: nec superbia arrogantiore: nec capillatior (vti maliuoli solent) meam in te iuuenilem obseruantiam manucapit. Memini dulciter me puerū stipendijs foelicis achademie sub te preceptore meruisse. O dulces confabulationes quas sermone tuo suauissimo conditas: publico in Auditorio te presentente accepimus. auribus inq̄ tenellis & adhuc ppter pubertatis mollitudinem strepentibus: salutare ac beniuolas solite tue facundia disciplinas exhibuisti. Quotiens enim in frequēti gymnasio certamina poetarum grandisonamq̄ veterū thesthenes. lyn inflammasti: lepidocq̄ susurro cantilenas orphicas: delphicasq̄ permullisti: quotiens ob phebi tui dexteritates laureāq̄ coronabilem / me ad aganippidos vireta scaturientescq̄ Castalij riuulos concitasti. Quemadmodū attice iucunditatis princeps Demosthenes Platoniscq̄ nostri tenellus auditor / oratōe quam gallistratus orator concitatissimus / pro oropo acturus ab eloquentie studiū commotus extitit. Ita tu charissime preceptor animum meum primitus ad foeliciores studiorum successus: antraq̄ iucundiora tua affabilitate ac vrbaniitate induxisti. Gratias igitur nō quas volumus sed quas nostri peccatoris exiguitas valet: referre non dedignemur. Nam si gratiarū actiones in hoc epistolio pro infusa eloquentia: proq̄ musarū inspiramine iam tibi psoluere conarer. Hilorici calami arguetia: aegipticq̄ papyri crassitudo nostris sudoribus vix satis facerent. Nostre itaq̄ ruditates exercitamenta / hilari fronte iucundissimoq̄ mentis examine trutinabis. Laudabis discipuli tui audaciam: qui sui p̄ceptoris saluberrima rythmata: latiali (quamuis dura ac balbutienti / lingua etheutunico lingua gio vertit. Nec id pudoris loco habendum duco. Cum & frācisci Petrarche philosophi Stoicitac Meonij vatis sectatoris celeberrimi: cantōnes vulgures: vernaculaq̄ dictamina / Philippus Beroaldus bononiensis / eque preceptor meus / omnisq̄ vetustatis candidissimus inquisitor: cui etiam iam dudum



# Epistola

primas partes in omni dicendi genere. Italia: fessinaque viritim tribuit) in latinū sermonē vertere non est dedignatus. Idem Boccatij interpres esse voluit. Maximi igitur spectatissimique honoris premijque loco duximus: quod me sermonis tui vernaculi (quo egregie polles) interpretem esse voluisti. Illud nempe inter precipua humanitatis genera locari solet: cum a precepto re discipulus ad honores egregios eleuatur. Tanti igitur te facio: quanti Socrates Platoque socrate / sanctissimū fecere. Nec cedo ea in re Theophrasto: qui aristotilem peripateticorum fundatorem maximū maximi fecit. Et quid prisca cito: cum satis superque mea in te obseruabilis piatque veneratio longe lateque per fines Germanie: eruditissimasque latij scholas / me precone / intonuit. testis est mihi Hubertinus Clericus Crestētinus marchionis Montisferrati & pedemontani poeta stipendari apud quem cassale tuam egregiam virtutem exposui. Interrogabat enim vir iste apprime doctus orator tersissimus: an etiā Germanie fines eloquentie ac argutioris muse dogmata passim seminarent: te aiebam amicū qui stilo nasū apud nostros faceres. Itaque in verba fidentior factus: te adhortari nō desinā: vt in hijs nostris lucubratiunculis fauorabiles assensus: curaque presentē adhibeas. nō enim dubito: quin crassis quidam auribus: corde obstinato: impexis supercilij / scissili palliastro sutulique centuculo amicti: manus sanguinarias temere nobis impigant. horum glutinosarum faucium latratus: larualesque ac tortuosas exclamatioes: ceusmaque nauticū: cauillum exotico: sellulariasque castigationes: te duce: te preside: te quoque tutore facile superabimus. Est etiam nobis altior cothurnus: sūt nobis symmata longiora: & dexter Appollo: cum iucunda camenarum chorea / nondum edes ac nostra diuersoria deseruit. casta siquidem manu palladis artes: sacraque Matheos arthure vapidio / frequentique libo veneramur. Igitur: dulcissime fautor: ventis impera: et nauiculis nostris: ac phaselis salubres auras precare. Vale. Datum Friburgi. Kal. februarys. Anno domini. xcviij.

Socrates  
Theophrastus

Hubertinus



## Carmen eiusdem ad Se. Brant

Si mihi nunc p̄gan sacros concederet arcus  
 Verteret innuitos & mea verba pedes:  
 Et idaret arguti cultissima plectra leporis  
 Ad te migraret non bene culta lyra,  
 Nil rude: nil tepidum: venerando nomine dignum.  
 Esse tuo poterit: tu quia dulce canis,  
 Siue velis numeris facundos nectere sensus  
 Seu lyricus chordis: optimus arte vales  
 Expertes numeris seu malis condere voces  
 Audes magnifico cum cicerone loqui  
 Iam modo plaude: tuis foelix Germania nymphis  
 Quas fontes Rheni Danubiiq; fouent.  
 Non fumus auersi a musis & Appolline dextro  
 Tangere iam didicit Theutona terra lyram.  
 Musica nostrates /phœbo duce /venit ad oras.  
 Scimus & argutos voce sonare modos.  
 A regione procul nostra: permessidos vnda  
 Sacra scater: nec nos Aona prata rigant.  
 Grecia clara suos potuit lustrare poetas;  
 Hec quia vicino flumine pasta fuit  
 Ad latiosq; lares facilis penetrauit apollo:  
 Attulit & secum plectra canora lyre:  
 Nos tamen /horrendis coelum produxit in oris  
 In quibus ingenii est non bene cultus ager. /  
 Sarmatice loquimur: ructamus verba labello  
 Crassiloquas voces patria nostra tulit;  
 Sed postq; Titio sacras euoluere musas  
 Incepit: lepidos atq; docere modos.  
 Manauit studiosa cohors: quæ pectine molli  
 Ludit: & astringit verba soluta pede  
 Vile nam docto multis pallefcere ludo.  
 Hoc nihil egregius maximus orbis habet  
 Virtus et ratio studiorum: premia laudum  
 Parturit: & tituli stemmata clara parat.



## Excusatio

Vatibus & dantur meriti fomenta laboris  
et retinet laudes diua thalia suas.  
Plaude senex nostro viridis quoq; plaude iuuenta  
Ductori: vester hoc duce crescit honor.  
Pandere scit numeris diui sacraria phœbi:  
Nil latet Aonijs fontibus huncce virum.  
Oscula sepe damus teneris iucunda labellis  
Versibus egregijs: dulcis amice: tuis.  
O vtinam tecum possem tractare loquelas  
Assiduas: nitidos & sotiare pedes.  
Quicquid enim sacris phœbi de fontibus hauris  
Can didulis numeris nectis & eloquio.  
In lyricis modulis blandissima carmina dictas  
Structilis: argutus: candidus atq; teres.  
Nonelegis minor es: te choi sacra philete  
Accipiunt comitem. te sotiumq; vocant.  
Sed quia non opus est clarum laudare poetam  
Iam facit emeritam pagina scripta fidem.

## Saphicon eiusdem philomusi

excusantis ingenij sui paruitatem.

Excusatio  
autoris

Grandibus possunt numeris tonare.  
Quos facit Pœan celebres poetas  
Quos et aspirant tenere camene.  
Numine sacro.  
Mentis hi crasse tenebris fugatis  
Rebus externis procul hinc abactis  
In poli tendunt superos meatus.  
Pectore docto  
Flatibus sacris agitantur vsq;  
Candidivates monimenta condunt  
In quibus fulgent anime furentis.  
Delphica sensa  
Indytus vates radios Eoi  
Solis inquirat refugasq; stellas.



Mente rimatur: numerisq; condit  
Sydera cœli.

Sepe ventorum rabiem sonorum  
Versibus pingit boreæq; flatus.  
Frigida & septem numeris reuoluit.  
Plauftra tritonis.

Candidus vates rutilo sub ortu  
Colligit versus quia magna querit.  
Facta; scit causas varias latentis  
Reddere mundi

Indytus vates celebres camenas  
Turribus regum venerandus affert;  
Resq; describit populi potentis  
Carminē magno.

Candidus vates litu o canoro  
Bellicos fortis recinit labores.  
Et tuba Martem recitat ferocem: &  
Prelia cantat

Indytus vates trahit ad cothurnum  
Mentis ardores nitidumq; syrma  
Induit: lapsus recolit potentum: &  
Ardua fata

Fœtibus tantis mihi non repleuit  
Sic sinum phœbus rigido sub antro  
Incubat noster labor: & minutos  
Coucipit orsus

Igneis non sum facibus perustus  
Quas sacer phœbi chorus / & diserta  
Turba musarum / lepidis abunde  
Mentibus in fert.

Ergo supremam veniam precamur  
Nostra q; riuo sterili cameno  
Fluxit: & sacras violauit vndas  
Carminē rauco

Alter in cœcis cumulet latebris  
Fabulas: tristes canat & labores  
Martie pugne: referat ferocem.



# Epigrāma

Milciamq̄.

Me iuuet versus humili boatu  
Condere: & mentem cythara minori  
Rite solari: pariter iocoso

Soluere neruo

Gratiam: credo, dabitis tenellis  
Musulis pigrogenitis sub axe:  
Sufficit: nostro siquidem magistro.  
(Crede) placebunt

Ad Le:  
ctore

## Epigramma in narragoniam.

Iacobi Locher philomusi, ad lectores

Nauem stultorum iucundo scōmate promisit.  
Brant: cuius celebris fama decusq̄ viget.  
Quam satyram vocitare queo: nam candida pangit.  
Munera virtutum: conerit atq̄ probum.  
Efficere argiuus vix hoc potuisset Homerus:  
Qui lusit veterum prēlia magna ducum.  
Sydere sub fausto nascentia fata tulisti  
Preceptor dulcis: i genuusq̄ comes  
Quos tibi concessit vernacula lingua lepores.  
In latios veram simplicitate modos.  
Currite qui nostrum cupitis conscendere nauem.  
Transit ad hesperium iam bene picia fretum  
Alter ad obliquos conuertit brachia remos.  
Alter stultigerum candida vela gerat  
Currite: iam properat cursu compulsa triremis.  
Et mare nunc medium carbasa nostra tenent

Ad narragoniam

Psalmo  
Cvi.

Hi sunt qui descendunt mare in nauibus facientes opera-  
tiones in ags multis. Ascendūt vsq̄ ad celos: & descēdūt vs-  
q̄ ad abyssos. aīa eorū i malis tabelcebat. Turbati sūt et mo-  
ti sunt sicut ebn<sup>9</sup>: et oīs sapiā eorū deuorata ē. Psalmo. Cvi:

## Ad iohannem bergmannum.

de Olpe. Iacobi Locher decatosticon.

Tempore foelici curunt presentia cursu



In quibus Aonias euehis Olpe deas:  
 Nostrates /claros solos facis esse poetas.  
 Scripta palatino das quoq; nostra Ioui.  
 Te duce: multifonns Brant /claro nomine fulget:  
 Edidit & longe posteritatis opus  
 Gloria magna tuis manibus debetur: & vsq;  
 Debet Thespadium te celebrare chorus.  
 Imprimis argutis dictata recentia signi  
 Roma pares nostris non habet ipsa notas.

Vale

### Ad iacobum Philomusum.

fubeunde pfectō ois Narragonice: e barbaria  
 in latiale solum: exhortatio Sebastiani Brant.  
 Nuper ego stultos vulgari carmine scripsi.  
 Est satis hic noster notus vbiq; labor  
 Narragonum quando nobis fabricata carina est.  
 Theutunico qualem struximus eloquio.  
 Quam deinde vt volui contexere /forte latino.  
 Scōmate pro doctis: principiumq; dedi  
 Occurrere mihi tam crebra negotia passim.  
 Que versu exorsum /detinuere pedem.  
 Quo fit /vt inceptum tam dignū opus /ipse reliquit  
 Et fregi /calamum quem semel apposui.  
 Atq; ita destitui medijs palynurus /in vndis  
 Stultiferam nauem remiuagamq; ratem.  
 In re proinde tibi nostra: preq; omnibus vni:  
 Tradimus omnimodas chare Iacobe vices.  
 Otius attollas malos: classemq; relaxa  
 Antemnasq; suo flamine ventus agat.  
 Tuq; gubernaculo subeas: clauumq; retorquens.  
 Fac fatuos quosuis per sua transtra loces.  
 Flecte viam velis: remosq; impelle: rudentes  
 Excute: quo cursu concita nauis eat.  
 Incautos fuge sed scopulos /penitusq; latentis.  
 Scyllam /atq; aduersi monstra caueto mali  
 Anchora cum sit opus prora iactetur ab alta

Olpe

Exhorta  
 tio .Seb:  
 Brant.



# Celeusma

Ne tibi collidant ventus & vnda ratem  
Vortice precipitem / caue sis / ne te impetus vllus  
Siue procella vorax, obruat inde vale

## In narrogonicam profectio

S. Brant

nem Celeusma sebastiani Brant

Hortor adeste viri quos nunc vocat eurus: eundum est.  
Stultorum in patriam / carbasa plena volant.  
Tendite narrogoniam pro pere atq; ab littore funem  
Rumpite: nec mora sit: vncta carina notat  
Illicet: obruimur: numerum sine fine videtis,  
Qui comitatur: eum non capit vna ratis  
Nec reputate viam / maribus dumtaxat apertam.  
Quin & feminea est copia mixta viris  
Peruigil exegit noctes ( mihi crede ) perhennes  
Qui nos collegit: composuitq; rati  
Et merito, quis enim nostrum presentia curat:  
Preteritis ve dolet: siue futura cauet:  
Contemplator age hoc speculum: quicumq; cupiscis  
Scire hominum vitas: interitusq; graues  
Nam qui se / vitamq; suam specularur in isto  
Codice: non dicit se facile esse bonum  
Qb si quis / sapiens sibi / se nusquam putet esse  
Nos inter: cunctis se sciat esse locis.  
Ipse ego cumq; locum volui mihi querere forsan:  
Inueni in quouis me fore sepe loco:  
Vera loqui deceat: rumpantur vt ilia stultis:  
Illorum nec me iurgia vana mouent

## Prologus Jacobi Zocher

Phiomusi : in Narragoniam Incipit.

c Vm mecum diu multumq; cogitassem : lectores  
fauentissimi: de rerum humanarū cursu confusissi  
mo: comperi me hercule: ex meditātōne mea vigi  
lanti / quā plurimos errorū gradus: quibus huma



num genus in precipitium labitur. Ad sanandas igitur mortalium egritudines /pturbatōnesq; intolerabiles: pleriq; sapientes ac litterati homines /fructuosissima dogmata scripsere: quę vulneramētis lacerate. Aesculapio melius sanarēt. Quippe apud grecos primitus instituta fuere gymnasia in quibus salubris profitebatur medicina: quę pturbatis animis fomēta ac nutrimenta iucundissima conferebat. Vnde & Socrates ille maximus sophie cultor primus de moribus disputare cepit. cum enim in rebus naturalibus: certum bonorum ac summe foelicitatis finem ponere nequiret: mentis sue contemplationes sublimes ad mortalium virtutum studia contulit: & tantum in philosophia emicuit: vt ipse e celo philosophiam euocasse diceretur. Is enim cum mortales ipsos prodiues ac pronos ad uicia conspiceret: hoc remedio confusis moribus occurrere cogitans in publica Atheniensium palestra: ea docuit precepta: quę summi boni fontes limpidos recludunt. Post fatum vero socratis: successit diuinus ille Plato: q; bonam aetatis suae partem in morali sophia consumpsit. nec ab re: quo nam studio melius aut sanctius humano succurrere potuisset generi: scripsit saluberrimas leges: edificauit rem publicam speciosissimam: constituit humanam societatem iucundissimam: imposuit frenum libidini: ignauiam mortalium ad virtutes excitauit. Tēpestate tñ philosophorum etas poetarum fulgidissima interuenit quę ob dicendi fingendiq; iucunditatem: non mediocrem locum inter eruditos obtinebat. Quorum quidam heroicū carmen: quo res diuine humaneq; decantari solēt: cultissima scriptione celebrarūt. Quidam de agricultura: alij de planetis & cursu syderum motuq; polorum. nonnulli de amoris imperio: vt elegiaci: Pleriq; de regum ac principum miserabili casu / vt Tragici: poemata elegantissima composuere. Reliqui Commediam (quam Greci archeam vocarunt) cum magna dicendi libertate coluerunt. E quorum numero Aristophanes: Eupolis Atq; Gratinus / Laudatissimi vates daruerunt: cum enim viderent iuuentutem Atheniensium ceteręq; Grecię / omnibus libidinum generibus irretiri: occas

Socrates

Plato.



# Prologus

tionem notandi acceperunt: & plano quidem eloquio: quo  
rumcunq; sceleratorum hominū vicia ac peccata libere mor-  
debant. Ex hac veteri cōmediā nostri latini nō indegans scri-  
putandi genus formarunt: & primus Lucilius quidem satyr-  
ram latinis dedit: in qua nominatim scelera Rhomanorū pri-  
cipium: ciuūq; priuatorū canebat: salibus multis: iucundaq;  
dicacitate totam perfricabat vrbem. Non certe ista ratione du-  
ctus: vt fandi lasciuiam & effrenatam quandā pccitatem ex-  
erceret: sed vt virtutum studia: doctrinasq; salubres excitaret:  
& vicia e medio fugaret. Igitur Satyra tota latinorum est (vt  
inquit Fabius libro decimo Institutōnum oratoriarum: pro  
Satyra: quam nos habemus Graij archeā priscā Cōmediā tra-  
ctarunt. Post Lucilium eloquio rudē: Horatius Venusinus  
Hōratius successit qui sermone tersior atq; emunctior non parū glori-  
am Satyra meruit. Persius vnūq; librū reliquit: in quo nomē  
Persius. suum immortalitati cūmendauit. Postremus omnīū p̄iceps.  
Iuuenalis: qui quod in singulis Satyricis v̄tibus enituit: id  
Iuuenalis totum suo iucundissimo dulcissimoq; poemate complexus ē.  
O mores: o tempora: vt quid nostrates sapere nō incipiunt:  
cur vates non colunt: cur poetarū interpretes rapsodosq; non  
venerantur: An ignorant q; p̄desse volunt: aut delectare po-  
ete: aut simul & iucunda & ydonea dicere vite. Edocent enim  
que mala: que bona sint: quid vitia. quo virtus: q̄ ferat error.  
Nāz impios / superbos / Auraros / luxuriosos / lasciuos / dedica-  
tos / iracundos / gulosos / edaces / inuidos / veneficos / fidefra-  
gos / temerarios / audaces / temulētos / indoctos & fatuos. / po-  
ete lacerant. E contra virtutis candidissimos imitatores laudis  
bus magnis extollunt: & cuiq; suorum meritorum premia  
afficiunt. Cum vero nostra tempestate tam pene innumeri  
sint fatui & stulti homines / qui neglecto virtutis amore: ad te-  
nebras ac huius mundi illecebras tendant: opere precium fuit  
vt denuo vates aliquis eruditus & vaser resurgeret / qui ma-  
nifestaria stultorum delicta: vitamq; spurcissimā taxaret. Hāc  
scribendi libertatem: preceptor noster iucundissimus / Seba



Strianus Brant Iurium doctor : poetaq; haud ignobilis:  
 ad cōmunē mortaliū salutem lingua vernacula celebrauit. **S. Brant**  
 Imitatus Dantem Florentinū atq; Franciscum Petrar-  
 cham heroicōs vates, qui hetrusca tua lingua: mirifica  
 contexuere poemata. Cum vero narragonia seu Na-  
 uis fatuorū (quam non inepte satyram appellare possū-  
 mus) omnibus gentibus pernecessaria sit: opere precū  
 esse duxi: vt eam in carmen verterem latinū: quo exteris  
 quoq; nationibus, (quibus nullū est lingue nostre com-  
 meritū) pdesset. Sunt enim Galli: sunt Ausonij: sunt  
 Iberi: sunt Pannonij: sunt deniq; Greci: qui id genus di-  
 ctaminis non caperata fronte lectitent. At vos lectores  
 date venia: Iacobo Philomuso: si quid ob ingeniolū sui  
 mediocritatē peccauerit. Est quippe presens liber: cū ad  
 salubrē sapiētie cōmoditatēq; doctrinā: tū ad demētie:  
 stulticieq; vāitāe expurgandā editus Intueat ergo hūc p-  
 legatq;: q̄squis veluti in speculo cōditōnē vitāq; suā no-  
 uisse p̄spexissetq; laborat: q̄ foelicius trāsigere valeat eū.

**Hecastichon in proludiu.**

auctoris / & Libelli Narragonici.

Per cunctas resonant faustissima dogmata gentes:  
 Orbeq; nunc toto scripta sacra vigent.  
 Biblia: que veterū congeffit mystica patrum:  
 Iura: fouet sacris pectora nostra cibis  
 Sunt plures sophie libri: quibus optima morū  
 Versatur series: cōmoditatēq; patet  
 Admiror tamen hoc cuncti q; lumine viso  
 Doctrinē: in tenebris pectora ceca gerunt.  
 Ex toto salubris mundo doctrina fugatur.  
 Nocte igitur ceca fluctuat omnis homo.  
 Pallas ad aethereas rursus cōtemta cateruas  
 Transijt: & superis seruit amica choris  
 Dexteritas simplex: veri prudentia: cessit:  
 Atq; fides: pietas: & probitatis / amor:  
 Spernitur ad mores quicquid perducit honestos:  
 Spernuntur legis & monumenta sacre.  
 Id quod est peius: tales quia nescius error  
 Voluit: & immoto continet vsq; gradu

Proludi-  
um.

B



## Prologium libelli

Per fora /per plateas /vicos madidasq; tabernas:  
Passim stultorum magna caterua salit  
Caupones: scurrasq; leues: & pharma copolas:  
In precio magno turbidus orbis habet.  
Dotibus explosis animi: sectamur inertes  
Corporis illecebras: desidia m̄q; malam.  
Est igitur numerus stultorum maximus: orbes  
Qui taminat totum: stulticiaq; fouet.  
Quidam etiam meros toto se tempore stultos  
Cum videant: sanos se tamen esse putant.  
Nil sapiunt homines precordia crassa gerentes:  
Prudentes nimium se tamen esse putant  
Attamen vt stultos possim cumulare prophantos  
Quemlibet ad meritum iure notare queam:  
Innumeras classes fingam /longasq; triremes:  
Et naues celeres: veliuolasq; rates  
Si non sufficiunt: cristata petorita: rhedas:  
Effeda gallorū: iam sine fine struam  
Nec potis vna ratitis stultorum pondera ferre  
Quos gerit innumeris versibus iste liber.  
De numero tanto stultorum qui modo viuunt:  
Accelerant pedibus ad mea vela citis.  
Non aliter quam si volitet per gramina florum  
Turba apium: dulces perstrepat atq; fauos:  
Quidam: ne cursu tardo mea carbasa linquat:  
Nando sequi stultam cogitat vsq; ratem.  
Quilibet ad primum gliscit conscendere transtrum:  
Et regimen nauli solus habere cupit.  
Curritur ad nauem pōstremus: quisq; veretur  
Esse. procul toto flumine vela micant.  
Narragonum hec classis /titulo sic iure feretur:  
In qua stultorum quilibet esse cupit.  
In speculo veluti faciem quis rite tuetur:  
Effigiem vultus: conspicit atq; sui:  
Sic modo de nostro capiat manifesto libello:  
Signa quibus vitam conspiciatq; suam.



Nemo caret vitijs, nemo est sine crimine vite  
 Ergo stultorum candida vela trahit.  
 Nec poterat quisquam causa sapienter in omni  
 Se gerere: & nulla cōtaminare lue.  
 Qui bene mortales secum considerat actus  
 Et trutinat mētis omnia facta fuit:  
 Inueniet causam: poterit cur stultus haberi:  
 Vt modo sectetur remigis vsq; vias.  
 Quisquis enim stultum depicō stygmate dignum  
 Se putat: & viuūt simplicitate rudi:  
 Is poterit sapiens; tandem prudensq; renasci:  
 Et fieri diuę Palladis inde comes.  
 Sed qui nunc prudens; casus vult esse per omnes;  
 Nil sapiens /semper noliger esse solet.  
 Hos siquidem atq; alios poterit studiosa caterua  
 Perlegeret; in proprijs colligo quos titulis.  
 Nobilis & derus; venit huc cum paupere /diues  
 Ciuibus vrbani carbasia plena sonant.  
 Rusticus; imberbis iuuenis; curueq; senecte  
 Turba venit; pueri; stultiloquusq; parens:  
 Indocti doctiq; simul /longo ordine cincti:  
 Ad pictas properant; /accelerantq; rates.  
 Fœmineumq; genus; turpis q; sepe voluptas.  
 Incitat; & torquet non moderatus amor.  
 Stulticolas inter nostros diuertere gliscit;  
 In speculo scelera & perspicere vsq; sua.  
 Attamen vt quisquis nostri dictaminis orsus  
 Rite sciat; frontem præbeat oro piam.  
 Pangimus ad certam multorum hec scripta salutem.  
 Sygmate que mordent duriter omne genus.  
 Sed si forte malus voiet hos confundere risus  
 Scriptorisq; vafros dilaniare iocos  
 Facundas capiat causas; de codice primo:  
 Theutonicis numeris qui bene cultus adest.  
 Et causas itidem iustas tibi deinde seremus;  
 Cur multis prosit fictio nostra viris

Psalmi.  
 xlvij.



## Argumentū

Sic quoq; satyrici quondam fecere poetæ:

Mordentes populi dedecus atq; nefas.

Hos sequimur. Quis studio / linguaq; minores:

At cupimus mores nunc medicare malos.

Est animus tenere multum, pdesse inuente:

Vt scelus explodat / stulticiam grauem.

Parcite: stultorum dum signa micantia fingo:

Turritasq; rates ad freta nigra traho.

Parcite: si vestris signum de moribus addam

Stultigeris frontem significemq; notis

## Argumentum in narragoniā

Ad humani generis felicitatē: documentūq; saluberrimū: stultorū classis ad narragoniā cōstructa fulget: quā quidem omnes conscendūt: qui de semita veritatis. & a p̄erto sani intellectus calle vagantes: in varias & vmbrosas mentis tenebras: ac corporis illecebras corruūt. potuisset p̄ns hic noster libellus / nō in cōcinne satyra nuncupari: sed auctorem nouitas tytuli delectauit. sicuti enim prisca satyrici: varijs poematibus contextis: scelera ac p̄uitates mortalīū reprehēdebāt: ita nostra hec pagina. status & cōditōes hoīm ad oculos depingit. vt tanq; in nitidissimo speculo: quisquis mores & vite sue lineamenta cōtueat. Nolim t̄n arbitret̄ fides laboris nostri lector: verbuz nos verbo mi reddere. (vt Flaccus ait) Sensus enī dūtaxat notasq; vernaculi carmīs simplici numero latie trās tulimus. Quia propter & veniā p̄sumpte nostre audacie ab oībus lectorib; nos cōsecuturos cōfidimus si prius ī genij nostri mediocritatē: & teneros lanugis ānos cōsiderauerit. poeticas nēpe egressiones: & fabulosa; obscuritatē studiose p̄terij nudisq; & natiuis verborū structuris: facileq; sniaz iūctura: op̄ absolui. Nostris idcirco lucubratōib; votisq; q̄sq; lector bñp̄carivelit: obsecramur

Inter precipuos pars est mihi reddita stultos

Prima: rego docili fastaq; vela manu.

En ego possideo multos / quos raro libellos

Perlego: tum lectos negligo: nec sapio.





Primus in excelsa teneo q̄ naue rudentes  
 Stultiuagosq; sequor comites per flumina vasta:  
 Non ratione vacat certa: sensusq; latenti:  
 Congestis etenim stultus confido libellis  
 Spem quoq; nec paruā collecta volumina prebent  
 Calleo: nec verbum nec libri sentio mentem.  
 Attamen in magno per me seruantur honore:  
 Pulueris & cariem plumatis tergo flabellis.  
 Ast vbi doctrine certamen voluitur: inq̄  
 Aedibus in nostris librorū culta supellex  
 Eminent: & chartis viuo contentus opertis:  
 Quas video ignorans: & vano lumine solor  
 Constituit quondam dītes Ptolomeus: haberet  
 Vt libros toto quesitos vndiq; mundo.  
 Quos grandes reꝝ thesauros esse putabat  
 Non tamen archanę legis documenta tenebat:  
 Quis sine non poterat vite disponere cursum.  
 En pariter teneo numerosa volumina / stardus  
 Pauca lego: viridi contentus tegimine libri:

De inu-  
tilibus  
libris

Ptolom-  
 me<sup>o</sup> phi-  
 ladelph<sup>o</sup>  
 cui<sup>o</sup> me-  
 minit io-  
 sephus.  
 l. x. c.



# De bonis

Cur vellem studio sensus turbare frequenti,  
Aut tam sollicitis animū confundere rebus?  
Qui studet assiduo motu / sit stultus & amens,  
Seu studeam: seu non: dominus tamen esse vocabor:  
Et possum studio socium disponere nostro:  
Qui pro me sapiat: doctasq; examinet artes:  
At si cum doctis verfor: concedere malo  
Omnia: ne cogor fors verba latina profari  
Theutonicos inter ballos sum maximus auctor  
Cum quibus incassum sparguntur verba latina.  
O vos doctores, qui grandia nomina fertis,  
Respicite antiquos patres: iurisc; peritos:  
Non in candidulis pensabant dogmata libris  
Arte sed ingenua sitibundū pectus alebant.  
Auriculis asini tegitur sed magna caterua ꝛꝛ

Prouer:  
bior; v.

Prouer:  
biorū v.

de bo. cō

Ciuilis quicunq; gerit consulta senatus  
Nec sua decernit: verū aliena probat  
Prosequiturq; graui simplex errore potentes  
Ille agit / inq; scrobem trudit vbiq; suem



Complures properant ciuilem intrare senatum

Ecclē. ij. Vt populi ignaui vanos sectentur honores  
Ge. p. 17. n. p. 17. v. 17. m. dem. rade. vor. leth.  
Vand. veler. ordel. p. 17. vor. meth.  
Den. mantel. na. d. 17. v. 17. drage. 17.  
Dat. d. 17. m. he. m. den. fettel. rageth.



Ge Roboam

Iura tamen tales ciuilia: recta latentq;  
 Consilia: in tenebris & ceco tramite pergunt  
 Tellus habet veteres consultoresq; peritos  
 Qui fas atq; nefas iuste pensare solebant  
 Possidet insignis iam ciuica regna senatus.  
 Consiliumq; regit: qui nescit soluere nodum  
 Hic in consilio magno a pretore rogatus.  
 Non noua de crasso dictamina pectore profert.  
 Ast alios sequitur: ne sit contemptus ab illis.  
 In studio quorum seruatur publicus usus.  
 Heu grauis indocti surgit iactura senatus  
 Non satis est alios sectarier vsq;: sed orsus  
 Tu proferre nouos debes: & voluere mente  
 Legis vtrumq; caput: ne quis te iudice stulto  
 Damnatus, superis diuis tua crimina pangat  
 Forte putas summū nuscq; curare tonantem  
 Res hominū: cursusq; vagos: mentesq; prophanas:  
 Crede mihi iuris normam si noscere velles  
 Iusticieq; modum: quo res sapienter in omni  
 Consilium monstrare tuum: mentemq; valeres:  
 Antea consuleres doctos iuriscq; peritos.  
 Quam tua de grauib; fieret sententia rebus.  
 Qua trutinas alios mensura: aut lance rependis:  
 Aecus hac eadem stigijs torquebit in vndis.  
 Est deus omnipotens qui nos post fata: supremo  
 Iudicio censet: iusta quoq; lege citabit.  
 Inueniet quisquis: populos quo iure misellos  
 Torserit: & facti post mortem premia dantur.  
 Inter mortales qui non obseruat honestum:  
 Iusticieq; vias viuus: post fata seuerū  
 Censorem inueniet: nec tunc sapientia mundi:  
 Nec vires animi censuram auertere possunt.

li 3. rot. c. 11. p. 11  
 emdy rogando dicit  
 p. d. tunc durissimū regid  
 nobis imposuit in pa  
 ludo mium l. ij. ff. de qui  
 p. ro. cap. h. ori. iij. s. mo. 7  
 A sapientum audes  
 m. em. c. p. h. in  
 quib; nulla experientia  
 test. c. 37. c. d. i. c. 2  
 portus in multis cogitat  
 multa. 1. 2. v. 2. c. 2. d. i.  
 Minimo dignis m. d. c. 2  
 rot. grossi xi. q. iij. d. 2. 7  
 p. u. d. c. i. & si ad  
 h. c. q. ob tempus. 7. c. d. i.  
 trib; israhel ab eo  
 d. c. l. ma. u. r. ad

de pe. &  
 re. c. cuz  
 ex eo  
 C. de iur  
 di. l. rem  
 non no  
 uam.

dere ius  
 di. cum  
 eterni li.  
 vi.

De auaritia & prodigalitate

Pertinet ad proram nauis: cui summa voluptas  
 Est in diuitijs terrigenisq; bonis:  
 Gaudia magna putat nūmos seruare dolosos:  
 Nec fruitur partis: stultus vbicq; suis.

Ge y d. h. t. g. d. t. v. o. r. g. o. d. v. t. h. c. u. s. s. i. e. t.  
 v. u. b. h. e. d. a. r. v. m. m. e. s. u. m. e. f. f. o. l. e. v. o. r. l. u. s. s. e. t.  
 v. e. q. d. e. r. e. s. t. e. m. p. t. i. n. n. a. r. r. e. n. n. e. e. n.  
 v. u. d. l. e. t. h. v. o. r. p. o. t. e. d. e. n. h. o. t. t. h. a. s. t. t. h. a. e. n.

Horatius in ap. h. i. s.  
 Samps anary v. o. r. e.  
 v. e. t. i. m. v. o. r. e. p. e. c. c. i. n. e.  
 B iij. d. i. m. i. d. y. a. l. t. e. r. i. m. s.  
 m. a. c. e. s. s. a. v. b. q. v. o. r.  
 m. i. h. v. o. r. a. f. i.  
 v. o. r. v. i. d. i. g. i. s. v. o. r.  
 a. m. i. m. v. o. r. e. a. m.



Partantij ca. p. Tam De auaritia  
 Sicut uirum qd habet qd non habet

Tit. de veniente. Anan  
 ia semitio quid sibi velit  
 no intel  
 ligo



San  
 uis  
 Anaxie  
 ibidius  
 inores  
 ab yllij  
 rium vi  
 rom xv  
 toni pro  
 debent  
 esse te  
 mon

De auaritia Qui legit immensum nummorum pondus & auri:  
 Raracq; de partis ceptat solatia rebus:  
 Stultus ad illecebras / & gaudia sera nepotum.  
 Psalmi. Congerit hos sumptus: terracq; vorace recondit:  
 xlviij. Ad stygios penetrat sed cum defunctus auernos:  
 Et vada cocyti tenebrosi pallida lustrat:  
 Eccle. v. Nil sibi diuitie profunt: nil sortis auare  
 Psalmi. Congeries: sitiens Acherontis flumina gustet:  
 xlviij. Stultior est timido multum (michi credite) auaro  
 C. de cura. Prodigus: acceptis qui nescit limina rebus  
 ra. furio. Ponere: sed vitij census largitur iniquis.  
 li. Et male quesitis opibus ludibria vendit.  
 Est qui sollicitis stultus compilat amicis.  
 Diuitias: anime nec vult curare salutem:  
 Sed vigilare metu. trepido noctesq; diesq;  
 Cogitur: vt posita sit magni pondus in arca.  
 Heu frustra diues: inferna nocte sepultus  
 Non tibi delictas prestabit copia rerum  
 Heredesq; tui nullo te munere vellent  
 Iob. xx Soluere: liuentis fugeres vt tartara ditis

Salting li  
 nono ca 8<sup>o</sup>  
 Praefatio  
 in mediu xia  
 zita latenti  
 indagatio in  
 coram. Mani  
 faye puch omi  
 dissima porage.  
 neq; sabendi puch  
 plus et meditare  
 pendi missari  
 ma

Imenabij vij. *Et cito vult fieri: parte benevolentia*  
*legum*  
*quid metij aut pondus et vniq; poyem*  
*in auari*



Tantalus alter eris: glauco qui postus aceruo  
 Vndarum: inter eas sitibundo guttore flagres.  
 Largire debes pro diuo nomine christi  
 Pauperibus: celi capies sic regna sereni.  
 Optauit nemo sapiens q̄ in orbe potenter  
 Regnaret: diuesq̄ foret: sed dulce minere v̄t  
 Dogma sequi posset: segura vt viueret aura:  
 Excellit sapiens cuncti spectacula mundi.  
 Auri sacra fames crassum anticipare coegit:  
 Fata: q̄ is cupidus parthor̄ vasa sitiret.  
 Thebanus sophiam cum vellet discere grates.  
 In mare proiecit nūmorum pondus & auri.  
 Quilvigilant igitur terrenis rebus: auernis  
 Commendant animas vacuis: ditiq̄ parentant.

Quisquis amat ritus proferre & fingere inanes  
 Instituens populos sic nouitate rudes:  
 Is mala dat cupide ludibria multa iuuentē:  
 Et stultum manibus stultior ipse trahit.

Tantalus

Tullius  
in pa.

Crassus  
.i. q. i. c.  
q̄ qdaz  
v. cras  
sus

Crates  
thebanus. xij.  
q. ij. g. fia  
epi



Tempore que fuerant ignominiosa vetusto.  
 Atq̄ scelesta nimis: iam nostra etate probantur

Nathej  
xiiij.

*He sth nye hole vo ey part  
 de nye vunde bringet in de laude  
 vnd maniche dar warte stant  
 de holt den warren die der hant*









*lacr: l' d' xi*  
*phoz No*  
*est mand' e*  
*q' quisq' p*  
*ctatio p' h*  
*quantu' in p'*  
*duo ac monb'g*  
*p' ficit*

Inueterata meę demētia crassa senectē.  
 Non solitos linquit mores, vitam ve priorem  
 Sum puer, & centum transacti temporis annos  
 Connumerare queo, nec enim sapientior vsquam  
 Esse velim, pueris stultorum signa ministro.  
 Stultitieq; meę regimen prescribo malignum.  
 Et mala viuendi /mini taltamenta relinquo:  
 Exemplarq; mali sum /duxq; & pessimus auctor.  
 Quod puer edidici: facto monstrator inertis:  
 Stultus ego semper: tamen hac laudarię arte  
 Percupio: insanam & sceleris protendere famam:  
 Et vitium monstrare meum: moresq; pudendos:  
 Audeo: de celebri tanquam certetur honore.  
 Nunc refero per me deceptas vndiq; genres:  
 Me duce nunc iacto tot semina sparsa malorum  
 Immemor hunc prauū vite conuertere cursum  
 Quin doleo: q' non consueto tramite semper  
 Ire queo: & stultas penitus consummere vestes.  
 Sed quia non valeo cursum complere vetustum.  
 Hec nato discenda meo: teneroq; nepotē.

De anti-  
quis fat-  
uis.

Esaye.  
lxx.

e. ex flus  
dij. &  
e. cuz in  
iuuētū  
te. de p'z  
sumptō  
nibus.

*Uti stas quidi-*  
*si sp' unq' p' nobis*  
*adorand' a 3 Maco*  
*3 stur*



# De doctrina

Pröponam: fingamq; vias ad crimina largas  
 Hic alacer / fatui patris / vestigia temptet:  
 Et discet prodire gradu genitoris iniquo:  
 Gaudet & ipse parens: natus q; crimine maior:  
 Progressum sceleris superat / numerūq; malorum:  
 Spemq; gerit pulchram de nato, quum sua gesta,  
 Signa: quibus v̄te malefanos triuerit annos,  
 Moribus in prauis versabitur illios etas,  
 Stulticieq; vias nunq; postponet inertes,  
 Ergo reget picte stultorū carbasia nauis,  
 Proh pudor: effœta o quid nunc cupis esse senectas:  
 Semper & in tenebris presentia vota morari:  
 Inueteratus enim fatuus bene viuere nescit:  
 Nescit & ex animo foedos depellere mores,

de cōse.  
 di. v. c.  
 vlti. in  
 glo.

Danelis  
 xiiij.

De doc:  
 trina fili  
 orum

Indulget quicunq; suis ad crimina natus:  
 Sedulus emendat nec puerile nefas:  
 Sentiet is tandem damnū / serosq; dolores  
 Ascendetq; noue splendida transtra ratis



Stultus erit semper / miser / & cecatus ocellis:  
 Quem non cura trahit natorum: quenc; modesta  
 De sine hyndez alze andez vultur  
 leth xz waffen: wud quad van on frudt  
 Nicht enstahet: wud se ouel thut  
 In leth dem suluen nein gut st Gut



Vita fugit teneros animos vt moribus ornet:  
 Temperet aut opera nascentia fata frequenti,  
 Non errare vetat: scelēū nec limina claudit,  
 Viuendi ve modum natis proponere curat.  
 Non bene consultitur lasciue (crede) iuuentē:  
 Si sine morigero passim ductore vagatur.  
 Sicut oves cursum linquunt pastore remoto,  
 Sollicitatq; vagas nimium concessa voluptas:  
 Sic tua per scelēris torturā pignora currunt.  
 Stulte parens: natos cur excusare laboras:  
 Quē teneri nequeant recti conscendere callem,  
 Et sentire nefas: aut veri noscere cursum:  
 Non etas mollis: non frontis barba tenelle  
 Te excusare potest: teneris sapientia crescit  
 Cordibus: & sancte disponit semina vitę.  
 Quin melius retinent pueri documenta tenelli:  
 Nam cecinit quondam romę Venusinus alumnus  
 Quo semel est inbuta recens seruabit odorem  
 Testa diu: remanentq; rudis primordia vasis.  
 Flexilis est iuncus: salices flectuntur amare  
 Robora dura minus: quid enim nunc prima moraris  
 Tempora frugiferis citius de pascere rebus:  
 Quid moderata nocet pueris correctio blandis  
 Nam ferule: morum p̄bent alimēta bonorum:  
 Expellūtq; malos incocti pectoris estus.  
 Ob culpas aliquando graues luxere parentes.  
 Crimina natorum: & vitam ingemuere nocentē  
 Adsit in exemplum Priami fortuna potentis:  
 Iliacas qui perdit opes: cum nauibus altis  
 Filius Argolicas properat lasciuius ad oras.  
 Ad sit in exemplum Tarquini fama superbi:  
 Ob scelus infandū nati: luxumq; pudendum  
 Quo bona stuprate mētes Lucretia luxit:  
 Expulsus regno: latius errauit in oris.  
 Transtulit innumeros ad nos Catelina nepotes:  
 Filius esse, quitur patrem, vitisq; vicissim  
 Indulget: moresq; bibit ratione carentes:  
 Heu melius pueris nūc consuleretur inertes.

*At nisi pessimis  
 affusis multisq; moribus  
 videretur p̄fecto opus  
 ferendis legibus nō  
 fuisse: ut  
 em adagium 3  
 hęc bonę ex  
 malis Horati  
 moribus p̄cauantur  
 Maco 7 6a*

Priam?  
 Tarqui  
 nius sus  
 perbus.  
 lucretia.  
 Catelina

C



Ductores fugerent: si iam stultosq; magistros:  
 Prudentesq; bone laudis sequerentur alumnos.  
 Peleus, Peleus a monio quondam rex darus in orbe:  
 Curam magnanimi phenici inclusit Achillis:  
 Philippus, Traderet ut sanctos tenero p tempore mores.  
 Rex quoq; Pelleus magna cum laude Philippus  
 alexander, Per loca Graiorum querebat cuncta magistrum:  
 Noffet Alexandrum qui dogmata culta doceret:  
 Aristoteli, Doctus aristotiles tandem compertus: adibat  
 Magnanimi curam regis: pectusq; fouebat  
 Artibus ingenuis: dabat & preconia lingue.  
 Plato, Doctus Aristoteles primum documenta Platonis  
 Candida gustarat: sophieq; exceperat artes:  
 Antea q; teneros studio pascebat alumnos.  
 Tempore sed nostro dementes cura parentes  
 Nulla trahit: natos videant ut rite peritos:  
 Conducantq; grauem digna mercede magistrum  
 Ergo nunc fatuus procedit de patre stulto:  
 Qui vitijs largitur opes: studioq; decoro  
 Parcit: & ingenij virtutes negligit omnes.  
 Crates, Thebani Cratis tristis querimonia fertur:  
 Thiba, Si mihi: dicebat: passim clamarae liceret:  
 Vos omnes fatuos vellem appellare probrosos:  
 Quos agitat nimio funesta pecunia ludo.  
 Diuitias legitis natis: & dogmate nullo  
 Pectora lactatis: nec dexteritate fouetis:  
 Tandem penitet & sceleris: pmissio mordens  
 pueri, Grandeurum patrem: at sero medicina petetur.  
 xix, Natorq; quidam sceleratis vndiq; rebus  
 ecccl, xxij, Se sociant: summiq; louis diuina laceffunt  
 Numina: nonnulli vitam sine fine prophanam  
 deu, xxi, Sectantur: vitiumq; petunt noctesq; diesq;  
 Atq; relicta malo fundunt patrimonia ludo.  
 Quidam delitijs lasciuu corporis ardent:  
 Et luxu flores consumunt temporis omnes  
 Ille bibit cyathos sitiens: plenamq; lagenam  
 Euracuat: nulloq; modo discrimina ponit.  
 Sed pueri qui non teneris lactantur ab annis



Artibus ingenuis: studijs nec rite fouentur:]  
 Ad vitium faciles sunt: & delicta parati.  
 Nil melius gracilem poterit nutrire iuuentam:  
 Et morum prestare viam: vitamq; modestam  
 Quam salubris docti siquidem doctrina magistri.  
 Principium / medium / finem quoq; p̄bet honoris.  
 Vtilis ad teneros spectat correctio natos.  
 Nobilitas res magna satis: decorare pusillos:  
 Que solet: at proprio non est quęsita labore.  
 Profuerit quid enim maiorę stemma: quid autem  
 Nobilitate tumes: quam non virtute decora:  
 Moribus & cultis meruisti o stulte miselle:  
 Sepe malos catulos pariunt animalia blanda  
 Sepe mali pueri casto: nascuntur ab aluo  
 Sed pater in culpa est: qui non vult esse seuerus  
 Dogmaq; nec gnato viuendi suggerit aptum.

xij. q. i.  
oīs Ge.  
vij.  
Prouer.  
xix. ecc̄.  
vij.

Seneca.  
Luueoa

ecc̄. xxii

Qui duplici lingua lites & iurgia vendit:  
 Et delatoris fungitur officio

Inter contiguos ponens sua crura molares.  
 Is p̄cium sceleris sentiet exitium

Delato  
rib? & li  
c ij rigiofiss



De hantchen stem vud stem p̄taluche  
 Vud x̄ lude up de thunge drecht  
 Dem vol is mit twe dachtheit  
 Gem wederz vart druden p̄sader vud lectz



# Et litigiosis

er li de vi phi Interrogat  
solan quid acut  
gladio rubet lingua  
p rani hominis

Guardia summa putat quid am miscere sinistris  
Litibus; atq; homines ad iurgia vana mouere.  
Gurdet & interdum rixis turbare molestis  
Pectora: sic igitur malefana est criminis auctor.  
Ore tenet virus: lingua mendacia fingit:  
Atq; dolos versat: quibus impugnare nocenter:  
Concordes animos & pectora dulcia possit.  
Sepe ferit grauius pharetrato verberare lingue  
Infantes hominum mētes: moresq; lacessit.  
Innocuos vitę: & fautores dispare voto  
Inter se semper versari & viuere gliscit.

Septus in du cadit  
mstrus Eccl. x.

Uu iracund  
puocat up ad xxix.  
+ qm ad indignand  
facilis v: ent  
ad peccand  
p lūm: :  
Prouer. xxiiij.

Nectamen interea sentit sibi vulnus adactum  
Vir bonus: accusat quem delatoris iniqui  
Ling. ra. sed adueniunt feri lamēta doloris.  
Delatore nihil peius: nil turpius vsq;:  
C rius in ore sonant lethalis sibila morsus:  
Milleq; pictarum fraudum mendacia subsunt

hora  
Oderunt hilari  
tus tristis  
n ures  
Esa. xxx  
ij.

Si videt im noto concordēs viuere nexu:  
Si sotios aliquos: fidos seu noscit amico:  
Mortiferum viros rauco de gutture ructat:  
Vnanimēsq; studz comites a fœlere dulci:  
Soluere: concordēs queat vt confundere mentes:  
Mox tamen excusat lingue rabiosa proterug  
Sibila: & infontem se a talibus esse fatetur.

teren. in  
eu.

Et sceleris tegit occulti maledicta perosa  
Sic quidam applausus querunt: cupiuntq; placere  
Istis: de quorum nil sanum pectore manat:  
Fallaces Daut: Gnatones: & parasiti:

horatiu

Ofores rabidi: balatrones: hoc genus omne  
Garrula mordacis diffundit semina lingue.  
Quisquis amicitie nexum dissoluit: & atro  
Stygmate concordēs maculas: & iurgia vendis:  
Indignus vita es presenti: carcere dignus:  
Perpetuo: vt careas viuaci luce posus.

Sapie. i. l  
puerbi.  
xix.

Est: & non: solers / causa qui dicere in omni  
Nescit: & in quouis tēpore recta sequit:  
Omnibus in rebus nec sanos consulit: ille.

Damnorum fatuus premia solus habet

We nicht kan prehen ja vnd men  
vnde radis plegen vnmie gröt vnd ihm  
vnd wil doch wiff huten gessen  
Oe kühn der narren ploch allien





Stultus iners ille est: qui prudens vsq; videri  
 Gliscit: & assueto tractat ludibria cursu:  
 Sed dum senimum prudentem: & ad omnia vastuz  
 Estimat: haud dubio fatuus est stultior illis:  
 Quorū somnifero mēs est cecata furore.  
 Sit sapiens: cēdo: munitus viribus: atq;  
 Dotibus eloquij: tamen hec ignauia nunquam  
 Deserit assuetas confusi pectoris artes.  
 Consilia alterius refugit: spernitq; bonorum  
 Sena: quibus pprie mentis corroboret actus.  
 Effutiunt multi phalerato verba colore:  
 Et cupiunt verbis prudentes inde putari:  
 Hi terram findunt aratro / temoneq; longo  
 Stultorum gressu tacito monumenta perarant  
 Consilij en vsq; suis: ceptoq; furori:  
 Confidunt: nusq; capitis meliora sequentes  
 Pyrrhus ad ausonios populos non castra locasset:  
 Haudq; fuga tantas clades comiserit auctor:  
 Callida si cineę docti consulta probasset.  
 Inconsulta ruit bellis priameia proles:

puerbi .

xiii. doro sapie  
 tum dūmāc st  
 corūm. fatūtas  
 abdieñ .

stultoz imprude

Ita in corde sapient  
 inuestit puer. i. dūm q  
 mdoctos que si erudiet

Ecc. xix

Dauid atq; doctitud  
 stulti dignant

c. ne mis  
 reris. de  
 consu .



# De impositis

Hector: Hector Achillea misere confossus ab hasta:  
 Dum fugit annosi temere mandata parentis  
 Nero. Sic Nero crudelis iustas dum negligit artes]  
 Consilijq; modos: ferro transfixus acuto telo:  
 thoblas. Sera luit meriti malesanus damna furoris.  
 Fertur q; gnatum formarit sepe Thobias  
 Roboaz Vt bona prudentum sequeretur gesta virorū.  
 ecc. xlvii Dum temere annosos spernit Roboam sapientes:]  
 Innumeras perdit gentes: atq; improbat acta.  
 Plura tibi possem prisorum exempla referre:  
 Qui dum sectantur proprium caput: & sibi tantum  
 Confidunt: veterū & nolūt cōsulta videre:  
 Incurrunt penas meritas: & tristia fata:  
 Perpetuoq; trahūt fatue telluris aratz  
 Qui tenet incomptos mores / gestusq; pudendos:  
 Et gestat vultū mobilitate leuem.  
 Maturat fieri stultus: turbamq; profanā  
 Querit: & assiduo pilea stulta trahit



Eccē. i. Moribus ingenuis paucissima turba virorū  
 Mat. vii Iam sup est: sed enim plures ad crimina currunt

*Godt heft bese fiden vnd geberde  
 vnd doch alle saken nicht geserde  
 So sied nu te tho enem narren de*

Eccē. i.  
 Mar. vii



Et properant gustare nefas: turpesq; malorū  
 Illecebras: & sic stultorū imitari eras.  
 Turpibus (heu miseri mortales) moribus omnes  
 Sunt modo cecati: nec curant munera vite;  
 Candida: nam paribus vitiis iuuenesq; senesq;  
 Aegrotant: nulloq; gradu distantia mores  
 Sepat hosce malos: mentes nec ad optima transfert  
 Crinibus in tortis quidā ludibria tractāt  
 Quidam se manibus iactant: vultumq; modestum  
 Assumunt nuscq;: leuibus sed moribus vsq;  
 Se fatuos cunctis ostēdunt: seq; posos  
 Reddunt: & grauium fugiunt commertia rerum.  
 Instabilis vita est illorū / stulta / pudēda  
 Inconstans / leuis / & cum tempore mobilis omni.  
De dat in sinenme sinne Sadt  
Dat he werdich sy: vcl deinstes vnd stadt





Ouidij 1. epy. Est fatuus qui multa petit: semperq; reposcit  
 Est alij m'ito Officiu[m] alterius: & negat ipse vices:  
 meritu[m] exp'brae Qui sibi vult fieri quicq;: debet honores  
 voluptas Reddere & equiuale[m] munus amicitie;  
 Hac finis hoc Qui capiti alterius curas magnosq; labores  
 de te gaudia Imponit: precium conferat ille simul:  
 sola feram: Dedecus est ingens: si quis benefacta laboris  
 Accipit: equales denegat atq; vices:  
 Qui cupit ex aliqua nanciscier arte:  
 Hoc sibi proponat menteq; constituat:  
 Eroget impensas: nec rebus parcat auaris:  
 Si saltem laudem poscat habere bonam.  
 Et si precipuos acquirere tentat honores.  
 Munificus / blandus / sit pius: atq; bonus:  
 Qui bene contentus: facto nequit esse labore:  
 Quem modico precio soluere / habere potest:  
 Non indignetur: sibi sit querimonia nulla.  
 Si labor / & meritum forte negetur ei.  
 Qui petit alterius operas / benefacta / labores:  
 Ingenioq; frui: munera rursus agat

C. de. liz  
 ber. et eo  
 li. l. i. z ij  
 xii. q. ii.  
 octa. tui  
 li. i. offi:  
 ad collo.  
 iii.  
 leui. xix  
 tho. iiii.  
 eclesia.  
 xxxiiii.  
 pu. xxij.  
 Sap. xvi  
 Ec. xxix

Ecc. vii  
 malach.  
 iii.

si. no. multig. b. f. p. q. i. h. i. m. l. o. s. i. n. g. r. a. t. u. d. i. n. e.

Et siam p. c. Bando multi meis beneficiis se obstruunt. Sed si relaxarent oblatione  
 in de. 20. for. alij forsan minus beneficiis pensabunt: idq; multi de benefactoribus inquit in  
 Iniqua fatvor h. r. admodum. Equidem dicitur dicitur qd decedunt in p. m. a.  
 ad ingratus homines multum e. Ing. p. d. ingratus dicitur in h. l. 1. 1.



# Su plus complacentia

Verum a priuatis liceat descendere rebus  
Ingratas vbes comemorare simul.

Camill<sup>o</sup> de q<sup>o</sup> Tit<sup>o</sup> tus liu<sup>o</sup> Roma quid ingrata quondam impietate camillum  
Tractasti: pro te qui fera bella tulit:  
Tu procul emeritum pepulisti ex vrbe camillum:

Solo de quo Herodotus Attica terra ferox / pepulisti ingrata Solonem:  
Qui statuit leges & bona iura tibi:  
Pro merito ingenti: pro sudore atq; labore:  
Exilium dederas: Attica terra viro .

Iycurg<sup>o</sup> de quo iustinius scipio afri. Tit<sup>o</sup> liuius. Nec taceo ingratus ausus / q<sup>o</sup> Sparta lycurgum:  
Latorum legum pellis ab arce tua:  
Scipio qui fuerat patrie seruator honestus  
Ingratam patriam sensit & ille suam.

Pulmentum fatuis presens mea decoquit olla:  
Adsit stultorum sordida turba precor:  
Adsit qui speculo vultum / faciemq; frequenter  
Inspicit: & semper cui sua facta placent

*Ver. d. q. Tu regem  
petio populos romane*

*meminto  
Agri crum  
artes: paa  
q; imponit  
morem  
Dare pub  
vitiis de  
bellare. su  
p. bog.*



puer. iiii Hic bene pulmentum posita contundit in olla

Atq; coquit fatuis sua pulmentaria crassis:

*Dans est l'or en gessile nos  
Ce sark gence in des puyels d'los  
De Echagide ste suluem up alle pas  
Do der narren Eric g'kotet nos*



Ro. viii

Qui se prudentem fors estimat / atq; decorum  
 Cui sua sola placent: & quem vesania ductat:  
 Ut speculo semper se contempletur inani.  
 Cum tamen: in vitro fatuum quoq; cernat inertem:  
 Quamuis non videat / capitis quas porrigit aures,  
 Hic si deberet dygitis iurare leuatis:  
 Cum de ormolis / sapientibus atq; peritis  
 Sermo foret: sese cunctis prestare putaret:  
 Et sibi non similem in spaciofo crederet orbe;  
 Iuraretq; simul q; detestatio rerum  
 In se nulla foret: se pulchrum / seq; beatum  
 Estimât / atq; homines audet iurare deosq;  
 Consulit hoc speculum semperq; & fungitur omni  
 Tempore: seu somno iaceat lectoq; supinus:  
 Siue stet erectus: vitro suspensus inheret.  
 Quid speculum memorem Pathici gestamen Othonis  
 Quod secum in castris cesar gestare solebat.  
 Quotidie barbam qui rasit / glaber vt esset:  
 Vngebatq; cutem cum succo lactis aselli.  
 Officium muliebri quidem est: hos foemina querit  
 Ornatus: speculum & pendet de fronte puellæ:  
 Retiolum: & mundum: contexta monilia: vestem:  
 Ordinât: idq; mares hodie comitantur / aguntq;  
 Ut sibimet placeant: sese mulieribus equant.  
 Nostri etenim iuuenes habitus gestant muliebres;  
 Illaq; virgo viri: nulla est discretio rerum.  
 Pygmalio effigiem fertur de marmore quondam,  
 Fecisse: & proprium sibi tam coluisse laborem:  
 Perditus vt fuerit vecors in marmora versus.  
 Fonte super vitreo periit Narcissus amore:  
 Dum sua forma placet fatuo quam vidit in vndis:  
 Stultorum numerus sic creuit: & impia turba

pue. xij  
& xiiii.

Ecc. xx.  
Iob. v. et  
xvii.

pu. xxxi  
Ezechie.  
xvi.  
Esa. iiii.

otho im  
perator.  
speculū  
sp secuz  
habuit.  
Iuenaſ

Planus Normatus  
Cicero's Distractio  
Hug hic font sua  
na simpli / 3 minore

Ennius  
Tullius  
in offi.  
Pygma  
lio de q  
ouidi. x.  
metha.

*Desine grande lagim paupt de q se f binn  
 Mij endunt: inflata cupiat: tunc facta fuit  
 Qd se spualid de pone: dyle auere  
 Ante p d b p uiam: quia s p b h u m u m a d  
 p r m i g a t a u g i t s e i p t s e n t e n t i a a z p  
 p r a n d i t s e i p t s e n t e n t i a a z p*

Prudenty

Qui choreis gaudet aut saltibus immoderatis:  
 Ut cuculam ducat stultior ipse manu  
 Ille deum offendit: perdit quoq; tempora frustra:  
 Contrahit inde etiam plurima damna sibi:

*Qat best in dem dan tye - 8 dat man L ij  
 mcht alle tydt vor sbe den darf dan  
 Of wortont man gantz seve  
 got sinen s hepper vud heren*



# De choreis et saltationibus



Exo. 30. Hos quoque non sanos fore dicimus: immo furentes  
 Qui choream querunt: quos labor ille iuuat:

Orgia: *Ut currant passim: veluti furiosa vagatur*  
 bachi. *Thyas: ubi erectus Thyrsus in arua vocat.*

druyde. *Ut druyde saltant pulsantes tympana galli:*  
 de qbus *Vertice in ideo. cum furor urget eos.*

tulius ce *Ceu quondam salii fetidos saliere per vtres:*  
 sar in cō *Turba /Cybeleios sic agit illa choros.*

men. *Quid rogo quid fatui plantas in puluere lassas*  
 Salii .de *Efficitis: que merx digna labore tamen:*

qubus *Ast ego dum meditor fatui primordia ludi:*  
 Virg. ii. *Principii causas comemoro esse malas:*

geor. *Instatua vitulum demon cum poneret aureum:*  
 Exodi. *Contemptum faceret impius /atq; deo*

xxxii *Cum bene potasset populus: persuasit ad illam:*  
 vide noz *Luderet inq; chorum turba proterua: iubet.*

ra gl. in. *Illecebre tales pariunt incōmoda multa:*  
 de cel. *Ad vitium prebent semina multa frequens*

miss. *Concurrunt illic pomposa super bia: luxus:*



Et petulans saltus: & furiosa venus:  
 Nam venus in primis choreis solatur in illis:  
 Hanc sequitur pedibus turba petulca citis.  
 Ludus in orbe quidem est nullus damnosior isto:  
 Contaminat stimulis pectora casta suis.  
 Ludus & iste quidem: non pax sed pugna videtur.  
 Clamando currunt iociferantq; nimis.  
 Quis locus immunis: quem non vesania talis  
 Contaminat: templi vix loca tuta manent.  
 Clerus: & in cappa monachus: puer atq; puella  
 Et iuvenes blandi: decrepitiq; senes:  
 In girum saltant pedibus: ductantq; choreas:  
 Atq; in compositis moribus vsq; ruunt.  
 Rusticus in circo teneram cum flectit amicam:  
 Non sitis hunc tota nocte die ve premit.

ideatē  
 dētes. de  
 stat. ref.  
 de vi. &  
 ho. ch. cū  
 decorēz.

Virg. ii.  
 georgi.  
 ludit. iii

Qui cythara aut aliis ludis de nocte vagatur  
 Ante domum stulte cantando pulsat amice:  
 Adulciq; mouet luctantia membra sopore  
 Hunc fatuum oblectat moriatur frigore noctis.



lam satyre finem posuissē pene: ratemq;

Mouissē ad portum: celsaq; vela simul;

L. iij. esa. xxix

W. deo nachts up der strate gect vnd up d' lute efft bunge flect  
 vnd dar ob sine flygt to deit Ge hamerlogē om vatie entygē weit



# De nocturnis ioculatoribus

sañ. xiiij Sed mundi propositum rapiunt nunc turba / cohortesq;  
Stultorum; vigili qui modo nocte volant.

Iob. Dum mollem capiunt animantia cuncta soporem:

xxxiiij. Dum requies animis corporibusq; datur:

pue. vii Ebria turba vias / vicos / strata / atq; plateas

Occupat: & damat: stultaq; verba / canit.

Nocturni lem ures stigijs de fontibus orti:

Nos homines turbant: eumenidumq; cohors.

Hi cytharas feriunt: hi dulcia barbita tangunt

Hi fidibus ludunt: ismariaq; lyra.

Ouidi<sup>o</sup> Ante domum cantus chare modulantur amice:

in arte. Et stantes vlulant: cantica stulta canunt

Luce. v. Non abeunt: donec fundatur vtina matellis:

In caput aut donec faxes vel olla volat

Quin etiam hec peragunt hyberno tempore stulti:

Cum glacie & niuibus candida tecta rigent

sañ. xvij O male prudentes: quid vos hec gaudia noctis

Iohā. xi. Delectant: quid vos currere nocte iuuat:

Nec solum iuuenes: hum ili de plebe creati;

Cantando tacite ludicra noctis agunt.

Hoc pceres faciunt: clerus / monachi / atq; sacerdos

Ad ludum hos omnes fistula stulta vocat

Hic latrat: ille boat: balatum ructitat alter

Toruius exclamans: plus sibi laudis habet.

Hac etiam in turba reperitur sepe maritus:

Qui solet in fatuo ducere fume chorū.

Vxoremq; suam viduo in lodice cubantem

Deserit: & causam dat sibi sepe mali

Iuuenal<sup>is</sup> Dum cuculam pascit vir, femina sepe nouellam

ad ephē. Currucam admittens: oua aliena cubat.

iiii: Vos igitur moneo facitis qui talia: vestras:

i. thessa: Obseruate fores: seu remanete domi

iiii: En metui ne me stultę defectio sectę

Afficeret: numerus nec satis vsq; foret:

Sed mendicorum turbas scrutatus vbiq;

Inueni paucos (credite) vbiq; bonos

*Plautus in Trinimmo* Semendico male meretur q' ei dat  
quod dat aut bibit Nam & illud quod dat perdit aliq;  
p'ducit vitam miseram: p'monstro q' ut te alioy misere  
reat: aut tu alioy miserat





Inter mendicos fatuorum est magna caterua:  
 De quorum ritu nostra camera refert.  
 Se plures nutrire volunt: natosq; tenellos:  
 Hoc studium multis: hec quoq; vita placet:  
 Clericus: & monachus rerum qui seruat aceruum:  
 Mendici exercet attamen officium  
 Paupertatis onus tales plerumq; queruntur:  
 Ast opibus pleni: diuitijsq; /rogant  
 Vsu oportuno est elemosyna sacra statuta  
 Vtq; inopi solum /pauperibusq; detur.  
 Hanc dedit omnipotens homini vt releuamen egeno  
 Effet: sed tamen hanc plebs vitiosa rapit.  
 Non prior in clauetro: non abbas /presbiter atq;  
 Censibus in propriis cor satiare queunt.  
 Plus cupiunt: saccos /capsasq; inferre per vrbes  
 Mandant: hisq; domus /limina cuncta premunt.  
 Per plateas currunt mendici: perq; tabernas:  
 Nullus ab his vacuus nunc locus esse potest.  
 Sunt qui reliquiis sanctorum munera poscunt  
 Et questum faciunt per loca cuncta suum. L iij

C demē  
 di. vali.  
 li. xi. v. q  
 v. nō oīs  
 lxxxvi.  
 di. c. pa  
 sce. glo.  
 sup mat  
 Lucex.  
 Tho. iij  
 & xii  
 Eccī. iij.  
 ps. xl.  
 Dañ. iij  
 Eccī. vii

*Ich fruchte, my gact an narren affe  
 vnd solte hulpe an elerner haff  
 vnd hebbe doch, solt den Geddeltuff  
 Neime wistheit is dar vnder nach*



# De iacundis mulieribus

Spirituum vendunt pennas sepe aethereorum:

Vanaq; nonnunq; corpora / & ossa ferunt.

Ecci. xxx  
l. vna. C  
de menz  
li. vali.

Sunt alii qui cum validi sint corpore & annis:

Mendicant tamen: & crimina grandia agunt.

Fraude sua pueris effringunt membra parentes

Vt morbos vlulent: vulnera grata fleant:

Vide li.  
stultoz  
i lingua  
theutoiz  
ca latius

Et stipem precibus poscant: manibusq; quadrantem

Quas fraudes melius theutona scripta notant.

Mendicant multi iuvenes validi atq; potentes;

Causa est: q; labor his atq; opus omne graue est.

His quia plus placuit alientis viuere rebus:

Pauperatis & hinc pondera grata gerunt.

xlii. dif.  
quiescaz  
m<sup>o</sup> i glo.

Si mendicorum pergam memorare profanos

Ritus: & mores: pagina deficiet.

Sunt pleriq; mares / asinos equitare frequenter.

Qui cuperent: si non foemina prima foret:

*Uide totam Satyram* Sed quia precipitem mulier contorquet asellum.

*Sextam Iuenera:* Foemineo hinc generi pareat vsq; pecus:



Foemineum laudare genus mea carmina vellent

Nunc potius: sed me causa maligna mouet:

*Mannus wil genre riden so  
Trachtet seze dat he den wullen do  
Oer fieren der ein deel midde raden so  
Wud laten dem ezel neine zore*



- Si natura negat: facit indignatio versum.  
 Foemina me patitur praua silere nihil  
 Commen dare bonis mulieres semper amabo.  
 Sed prauas versu dilacerare decet. *Sic volo ut iure sit q̄ rōe voluntas* pue. xxi
- Ad quod securum facit / & dictare paratum:  
 Nullaq; hanc satyram foemina doct̄ i leget  
 Gracchorum mater leget hos Cornelia nunq̄.  
 Versiculos: mulier nulla diserta leget  
 Propterea audaci depromam carmina vultu  
 Laudabo iustas, dilaniabo malas.  
 Foemina que sophie iucundo lacte fouetur:  
 Et quam delectat cum probitate decor  
 Non facile ad crimen putidum: moresq; pudendos  
 Corruit: aut tentat dedecus atq; nefas:  
 Foemina iusta quidem mulcet plerumq; maritum  
 Iratum: placat seuitiamq; viri. *Ec. xxvi*
- Rex quondam Assuerus: mandauerat ense necandos  
 Hebreos cunctos / & iugulare viros: *June. 6.*  
 Hester sed verbis placabat pectora regis: *Juuenalis Hec poscit ferrum atq; ignes: hec patris torquet*  
 Iratum blanda molliit atq; prece.  
 Rex pius a Nabel spretus: lenitur ab vna  
 Abigayl: gladium / continuitq; manum *Hec laxat mixtos equitū in sanguine patris*
- Consilium dat casta bonum: dat foemina mores  
 Ingenuos: mala sed non pia vota parit. *abigeyl. i. re. xxv*
- Consilio Salomon mulierum infectus iniquo:  
 Ut coleret falsos / in sua damna / deos. *Eccle. xl puer. vi. Salomō*
- Linguulaca est mulier. semper profundere voces;  
 Verbaq; dira cupit: & sine fine loqui. *iii. re. xi. Ec. xlvi*
- Pieris innumeros pullos eduxerat olim:  
 Longius emisit semina pica loquax. *puer. ix & xxv.*
- Erue diue pater / rex celi & conditor orbis:  
 A nequam & praua nos muliere mala  
 Est picis similis mulierum garrula turba  
 Que garrit: queritur seiulat atq; furit  
 Foemina que semper nocturnis litigat horis.  
 Et pacem in strato non sinit esse thoro:  
 Murmurat. & tacitos blactit malefana susurros  
 Atq; molesta vito litigat illa nimis *eccle. xlii. ouidius] v. meth.*



# De facundis mulieribus

- Ecci. xix. **F**œmina sepe etenim versuta est atq; maligna  
& xxv. Vt sibi met prudens / imperet ipsa viro:  
Nec poterit tolerare boni documenta mariti  
Nec vult pacifici vota tenere viri:
- Ecci. vii. **S**epe cadit iustus metuenda in damna maritus  
Vxoris temere que sibi lingua parit.
- Amphi  
on ou.  
vi. Met.  
calphur  
il. ff. de  
postul.  
ecc. xxv  
**A**mphion testis: Thebane conditor arcis  
Vxoris Niobes crimina morte luit.  
Si fas vsq; loqui foret his: Calphurnia nudum  
Monstraret dunem: & posteriora viris.  
Nulla adeo in terris auimantia / siue creata:  
Quantum femineum concitat ira genus  
Fœminea dum insanit malefido agitata furore  
Seuitiam superat: dira leena: tuam:  
Seuior hyrcana est hec fœmina tigride: raptos  
Dum catulos sequitur: fœmina seua magis:  
medea  
de qua  
demea.  
Progne  
de qua  
Oui. vi.  
meiha.  
ecc. xv.  
**E**xemplum prebet nobis irata Medea:  
Natos truncauit que furibunda suos.  
Exemplumq; dabit nobis simul impia Progne  
Que teneri nati membra necata coquit.  
Nisi perdoctus Iuuenalis cuncta referret  
Crimina: que mulier fingere sepe solet:  
Vellem quandoquidem ritus memorare vetustos  
Fœminei generis: & recitare dolos.
- puer. ix  
ecc. xlvi  
**C**or mulieris enim: cunctis spinosis herbis:  
Felle tumet semper: pectora bile dolent:  
Nil manet intactum putido mulieris ab ore:  
Perturbant mores: fœdera / iura / fidem:  
Et fœdant thalamum sacrum: nec pronuba Iuno  
Has vetat. in uerite crimina legis agunt.  
Fida comes nulli mulier vult esse marito:  
Grande supercilium femina praua gerit.
- Iuena  
pu. xxx.  
**E**uacuat oculos nummis: & conterit omnes  
Census: atq; domus pensitat acta nihil.  
Sunt tria sollicitant que terram / que mare: quartum  
Quod nec terra potest: nec maria vlla pati  
Seruus qui factus dominus / magnusq; patronus:  
Tum fatuus totius ebrius atq; fatuus:



Tum furiosa quidem mulier: precordia cuius

Liuor edax semper: iraq; seua rapit.

Quartum quod superat cuncta hec ancilla superba:

Heres que domine sit cito facta sue

At modo de tali cupio muliere silere:

Prebet que poclis dira venena viro.

Qualis Agrippina: aut vesane Pontia mentis:

Quales & satyri pagina docta notat.

Belides occurfu terrent modo corda virorum

Seua Clitimnestra: & femina queq; mala.

Iungitur in thalamis Lucretia rara maritis:

Thais habet partes perfida in orbe suas.

Portia rara hodie contingit iuncta Cathoni:

Nec cunctis nubit casta Sabina viris.

Felix qui poterit mulierem ad vota tenere

Vsq; sua: & castum continuare thorum.

Stulticia extendit castra & tentoria passim:

Et secum totus militat orbis iners

Precipue stulti: quos magna potentia vectat:

Et qui diuitijs / presidijsc; valent

Iuuenal

agrippi.  
Pontia.

clitimo  
estra  
lucretia.

puer. xij  
Ec. xxv.  
& xxvi.





# De potentia fatuitatis

sapie. v. Cum tibi nemo ausit puos ostendere mores:  
pu: xvij. Esse scitus qui contendis stultissime diues  
& xxiiij. Hinc ceco incedens in tramite: turpius erras  
ecclesia. Vis sapiens cunctis reputari & dicier /horis:  
xxxiiii. Tu licet in scitię plenos effuderis orsus.  
O quotiens cum nemo velit preponere stultum:  
puerbi. Se laudat: fatuusq; refert maioritia gesta  
xxvij. Plurima: cum malefana tamen /que prodit ab ore est;  
Ecc. xv. Laus proprio: ascribit solus sibi fortia stultus.  
xxij. q. ij. Fortunata nimis tellus que principe diuo  
primu. Ornatur: quem vix superet vel magnus Vlixes:  
Iob. xxx. Tempora partitur prudens: cum tempore versat'  
vii. Singula: non illum nummus: non munera captant.  
puer: xx. Virtutis cultor sed enim: & sua prospera regna. |  
Ecc. x. Ve terre cuius rex est puer: illius atq;  
Sap. vi. Consulibus tuceta placent: nocturnaq; vina  
Hic etenim imperium regnum quoq; dissipat omne  
Sap. xi. stultus in arce sedens palpatus munere spurco:  
Eccle. x. Inuerit leges: confessus /rostra /virosq;  
Ater amicitiam prefert: infantia damnat:  
Sancta hinc simplicitas teriturq; caditq; nefandus:  
Sap. vi. Aequo deberent libramine iura foueri:  
& xii. Sed vereor sint pseudo senes quos casta Susanna  
dan. xiii. Allicit: Andronici pro quo perimatur Onyas.  
ii. Mach. Vota etiam Benedab fregit dum munera vidit:  
iiii. Et Ionatham Triphon per munera missa sefellit:  
iii. re. xx. Sic romam quondam tetigit clamando lugurtha.  
Vrbem venalem cum diceret: & perituram  
Ouidi<sup>9</sup>. Munere: si diues emere illam temptet iniquus:  
de arte. Munera crede mihi placant hominesq; deosq;  
Horati<sup>9</sup>. Omne genus nummu veneratur: pectore vincit  
in epist. Fortia: in accessum linquit nihil: omnia vastat.  
Ecc. x. Quo sibi concumulet numerum ingentemq; caterua,  
Ecc. x. Stulticia: & regnet cuncto & dominetur in orbe

Est fatuus siquidem /vanusq; incredulus atq;

Ex astris cupiens nosse futura poli:

Rusticus & quiuis indoctus: certat haberi

Astrologus: fatuas fingit ephimeridas.

*Dele vngel loue wort in gedicht  
Dat wort in men de gants here licht  
Wat & in vngel wort in an den stromen picht  
In vngel wort in dar up vngel*





Astrologos etiam decet huc arcessere vanos:  
 Atq; mathematicos /ariolosq; simul:  
 Huc ades astronome /atq; planetista /augur /aruspex.  
 Sortilege /et quisquis sydera sola colis.  
 Singula facta hominum parua atq; minuta recenset:  
 Exponis vano sydera iudicio.  
 Stultorum in numero plures nunc scire futura  
 Conantur: rebus peruiulantq; malis:  
 Astrorum cura est illis: & sydera spectant  
 Omne quod ostendunt astra referre volunt.  
 Archanas rerum causas: elementa /planetas:  
 Spectant: & quicquid lucidus orbis habet.  
 Errorem hic lune varium: solisq; labores  
 Astrorum motus: inspicit atq; vices.  
 Hic docet immitis quid sydus triste minetur  
 Saturni: quid Mars significare velit.  
 Hic aperit quo leta venus se proferat astro:  
 Atlantiscq; nepos: Iupiter atq; pius.  
 Saturno genitos ad fruta & probra recensent:  
 Quos tamen atq; bonos reddere fata queunt.

xxvi. qv  
 non lice  
 at xpia .  
 te p totū  
 & xxvi.  
 q. vii nō  
 obserue  
 tis & .c.  
 se.

xxvi. q.  
 ij. ipos.  
 Exo. xij.

Saturnus  
 Mars.  
 Venus.  
 Mercur.  
 Iupiter.

M



# De geographica re:

Et natos Martis referunt ad tristia bella:

Ad ti. ij. ptolomeus. Iuste age: nec dubita / sapiens dominabitur astris  
In manibus summi stant elementa dei

ad ro. xi. Iudicium siquidem & mentem vis scire tonantis

Eccles. i. Tu facis: omnipotens tanq̄ sua vata reuelat

ps. xxxv Mortali cuius iudiciumq̄ poli

de pe. di Omnia linquamus supero: qui cuncta creauit:

sti. iiii. i Qui nutu: cœlum / & sydera clara regit.

domo. Astra quid aduersi possunt portendere: si nos

ad ro. Defendit: cuius gloria summa / deus

vij. Quicquid ephemerides referunt: per inane laborant:

Nil genesis: sortes / nil quoq̄ fata valent.

Qui celum & terram: latum metitur & orbem:

Climata describit: & m. morat populos:

Hic fatuum instantem crassa a ceruice repellat:

Nil bonitatis habent hec monumenta quidem



Non fatis est sapiens: non est ratione politus:

Sed nostra in nauis carbasa plena trahat.

*Q. alle de welt wil vnuer meten  
und wil alle lande und stede wessen  
und doch als puluer dort vergetten  
de gyt vnter einem watten theen*



Qui latera immensi mundi metitur / & orbis  
 Climata: stat fatua circinus inq; manu:  
 Nosse cupit cunctas regiones / & loca cuncta:  
 Humano siquidem / cognita non generit:  
 Nunc orbis lati metas: longosq; reflexus  
 Pensantur: fatuos sedula cura mouet.  
 Nossere conantur gentes quas spectet Eous:  
 Quas calor australis: occiduusq; tepor.  
 Stultus hyperboreum mensuram flectit ad axem  
 Et querit populos hac regione' feros.  
 Mensuratq; vrsam dygitis quandoq; minorem:  
 Quo populos tali sub regione notet.  
 Europe atq; Asię spacium collustrat vtrumq;:  
 Grecos / Aeolios / Cappadocas / Cylices:  
 Et Lybie gentes rutilo sub sole iacentes:  
 Atlantem / & Calpen: Herculis atq; fretum:  
 Semotam Thylen: querit vel in orbe Brytannos  
 Extremo: & radio Theutona claustra notat  
 Nossēq; vult tumido positas in gurgite gentes  
 Et causas refluī succiduiq; maris.  
 Pręstita cosmographi lustrat documenta Strabonis:  
 Intactum toto nil finit orbe quidem:  
 Quid geometer enim tantas in pectore curas  
 Concipis: incassum circulus ista terit  
 Plinius errauit: quamuis spectabilis auctor:  
 Errores varios & Ptolomeus habet.  
 Inuanum siquidem 'multorum corda laborant:  
 Rebus in incertis quos ita sudor agit.  
 Antea que fuerat priscis incognita tellus:  
 Exposita est oculis & manifesta patet.  
 Hesperie occidue rex Ferdinandus: in alto  
 Aequore nunc gentes repperit innumeras.

xxvi. q.  
 iij. c. iij.  
 tur.  
 esa. xl. et  
 xlviii.  
 Eccs. iij.  
 .ij. cor. x.  
 Abacuc  
 iij.

Strabo:  
 Eccī. vij.

Plinius  
 Ptolomeus.  
 Hiere. ij  
 eiec. xij

Ferdinā  
 dus his  
 panias  
 rum rex

Marsia cum docto certauit Appoline: victus  
 Amisit palmam: perdidit atq; cutem.

Attamea in manibus pendeat fistula stultit:

Et fatuus mansit marsia vt ante fuit: M ij

*We nicht im warre Gerten wil  
 vnd geit dath in dat warren spyl  
 vnd grubet alle wdt d' dorheit wil  
 De mach wol sin in grouer teil*



# De eo qui nō vult esse fatuus



pu. zvii  
 Oui. vi.  
 metha.  
 Oui. vi.  
 fal.  
 Iuuenap  
 Eccs. ii.  
 pu. xxvi

Eccs. xx;  
 Sap. iiii

eccs. xix

Oui. in  
 tristiū.  
 pue. xix

Quilibet hanc fatuus naturam continens in se  
 Insolita vite proprietate manens  
 Rideri q̄ non sentit se: illud ier atq̄:  
 Marsia propterea decoriatus eras  
 Nam phœbum cythara ductum irritauerat ille  
 Ad pugnam: propter quam sine pelle iacet.  
 Huius ad exemplum: tantis obducta tenebris  
 Stultorum mens est & ratione carens:  
 Vt fatuus quisquis se tempore credat in omni  
 Prudentem: sapiat cum tamen ipse nihil.  
 Nec tamen aduertit risus: hominumq̄ cachinnos  
 De se sic fieri: nec videt auriculas:  
 Seria cuncta putat / cum risu illud itur ip̄e;  
 Queq̄ audire cupit: credit & illa libens  
 Tibra dependet solitis innexa lacertis  
 Stultitie signum prebet vbiq̄; sue.  
 Si quis opes multas locupleti possidet arca:  
 Thesaurus magnos & tenet in cumulo:  
 Hunc plures vigili cursu sectantur amici:  
 Semina qui cumulent ad scelus atq̄; nefas



# De nō intelligentibus ludos 63

Et spoliant stultum iuuenem: vacuumq; relinquunt, Luce, xv

Prodigus his sociis heu bona cuncta terit,

Amplius & vacua dum nil seruauit in arca

Nec res occulto sensit abire dolo:

Factus inops tandem: cunctis priuatur amicis

Et refugit fatuum perfida turba procul:

Acclamat supos: & tristia uerba profundit:

Penituit tandem at sera querela nimis

Qui res tam multas vno consumit in anno

Ad cursum vite quod satis usq; foret:

Est fatuus: vasis res compartitur: at illi

Plus nummū querunt q̄ vel amicitiam

Ex quo paupertas: contemptus risus egestas:

Proueniunt: stultus & sine honore sedet

Qui vult cum pueris / & stultis ludere: debet

Illorum lusus & tolerare iocos:

Ad clauum ne sit nauis reuocandus, & alta

Vela trahens: malum frangat, & inde ratem;

Tullius  
de ami.

Ius ali-  
mētorū,  
ff. vbi  
pup edu-  
deb,



Ludere cum fatuo qui vult: tolerare nec ipm,

Cogitat: ad fatuos cōnumerandus erit.

M iij

De bynder vnd narren ist meinet an  
democht als phymy dommen vorstan  
Men vollen den phymy nicht entphan  
Ojo mocht se myt den narren fan



# De non intelligentibus ludos

Cum puero siquidem qui vult contendere: stultus  
Si non ipsius ludicra ferre potest.  
pu. xxxvi Stultus & hic pariter mouet ad conuicia risum:  
Ebrius: obtusus / dicitur atq; puer:  
Ecclesi. Qui vult cum pueris & stultis sepe iocari.  
Alternit vicibus ludicra verba ferat:  
Venari qui vult: opus est vt retia ponat:  
Sectetur canibus: cumq; labore feras.  
Ecc. xix Quisquis forte globo cupiat subuertere stantes:  
Erigat ille simul mox quoq; pyramides.  
Pro verbo verbum: pro lusu ludicra dantur:  
Stultus qui poterit non ita ferre vices.  
p. xxxvij Intolerabilius tamen est / & semper iniquum  
Pro pietate bona reddere forte malum.  
ad ro. xij Hec fatuos natura manet / quod rarius vsq;  
i. ad thes Condignas referunt pro bonitate vices:  
faloñ. v. Versari sapiens vir cum prudentibus optat:  
.i. pe. iii. Cum fatuo stolidus querit habere locum.  
c. quia p Quod fatuus tolerat nullū: sua sola putanda est  
amb de A ambitio: cunctos nam regere ipse cupit.  
elec. li. vi Est doior in stolido vehemens: si presidet illi  
Prudens. se meritum nam putat esse virum.  
Lucan? In summa nostram poteris sic carpere mentem:  
in prio. Insipiens solus sceptrā tenere petit.  
Hester. Non vult ferre parem: maiorem ferre recusat.  
iii Cuncta sibi in terris inferiora putat.  
Gaudia non Aman malefanus tanta putabat  
Quod cuncti colerent omnia iussa viri:  
Quantus erat dolor huic / q; Mardocheus apella:  
Non caput atq; genu flectere vellet ei.  
ec. viii. et Qui sapiens igitur dici cupit atq; probatus:  
xx. & Infanos fugiat / insipidosq; viros.  
xxij.

Ille quidem celerem contorquet in aethera pilam:  
Nec spectat lapsam quo cita pila cadit:  
Qui facit infestos multos sibi: reddit & hostes:  
Nec lapsus spectat consimilesq; vices

*Quisq; vixit in de hote cimen Gal  
vnd hodie sibi mcht vor dem widdel sal  
Oe madingru dort vngenal  
de v loet sibi vor moden sibi van on ad*





Insulfos etiam fatuos referam qui ledere multos  
 Percipiunt: ledi non tamen vsq; putant.  
 Insanum penitus fateor: qui crimina iactat  
 In faciem alterius: conspuat atq; caput:  
 Nec tamen hec rursus fieri pateretur ab illo:  
 Nec vice consimili: pertolerare iocum.  
 Quid sis facturus bene premeditauer ante  
 Conuenit: haud facias: quod tolerare neges.  
 In faccum qui vult alios detrudere. sumat:  
 Naxilli pariter plagam aliquando sui.  
 Fecerat vt thaurum infœlix ex ere perillus:  
 In quo mugitus ederet ore nocens:  
 Imbuit at primus vaccam quam fecerat ipse:  
 Criminis atq; sui premia iusta tulit:  
 Quod tibi non fieri cupias o stulte prophane:  
 Ne facias aliis: ne malefacta feras:  
 Sepe facit foueam fatuus inuiciumq; foramen  
 In damnum alterius: quo tamen ipse perit:  
 Nempe crucem quondam fecit maledictior Amam:  
 Qua mardochei frangeret ille gulam.

mat. vii.  
 In phe.  
 decre. in  
 c. dilecti  
 de ma. et  
 obe. ii. q.  
 vi. q. le  
 scit.

Perillus  
 de quo  
 ou. i. de  
 a. te.  
 mat. vii.

ps. vii.  
 pu. xxvi  
 ec. xxvii  
 Hester.  
 vii.



# De improuidentia futuri

In caput illa suum sed crux descendit: & in qua  
 Suspensus / mortis premia iusta tulit.

pu. xvii  
 Eccī. vii

Tu poteris cunctis bene nunc confidere: sed tu  
 Prouideas fraudes: precaueasq; dolos:

Eccī. ix.  
 puerbi.  
 xxiii.

Qui bene confidunt sepe / experiuntur amarum  
 Virus: nam quis scit in cute quanta fides?

Non conuiua' homini nequam / cui liu'ida corda  
 Sunt: & secretum pectoris exitium.

ecī. xiiii.

Ede ait hic hospes: nunc fercula sumito nostra:  
 Iam bibe: de cena ut possis abire satur:

Attamen aduersus te virus / corde sinistro  
 Portat: liuentes aufuge docte viros.

Sepius arridet te risu forte iocoso

Qui cuperet mentem dilaniare tuam:

Quisquis in astatu foecundo tēpore: messem

Negligit: & fructus: nec bona graua legit:

Cogitur hyberno / sub sole carere cupitis: |

Vrsorum & dygitos suggere more suos:



lxxxiiii.  
 di. nihil

Stultum preterea reputo qui deside vita  
 Viuit: & in pigro pectore torpor inest.

*De in tracht der sonner lichte sijn  
 und sonnet nicht in to richte sijn  
 Om wort gewerget so he biddet mydt sijn  
 Des wintez wan he lichte lichte*



# De improuidentia futuri 65

Quis non castiget fatuum hunc: qui tempore nullo	Seneca:
Dispensat vite commoda recta sue	puer. vi
Non aptare poteit animum ad quecunq; futura:	Deutro,
Inceptor stolidus: nec sua facta notat.	xxxij.
Hic nihil acquirit rerum pro corporis vsu	
Omnia dilapidat: nil retinere solet	
Est adeo demens. proprios nil cernit ad vsus:	ec. xxvi.
Rebus oportunis inuigilatq; nihil:	
Prouidet atq; nihil stultus: nisi cogat egestas:	puer. xix
Atq; fames stimulet: torqueat atq; sitis:	
Temporis haud fatuus meditatur fata futuri:	
Presentes tantum respicit ille dies.	
De naso ad fauces: hominis meditatio stulti	
Vergitur: vltimus mens sua stulta tepet:	puer. xij
Hunc puto prudentem: versat quem cura futuri	
Vnde habeant pueri forte alimenta sui:	ec. iij. &
Querit & aestatis calide sub tempore: fructus.	xxxviii.
Ad vitam vt possit comoda habere suis.	puer. xx.
Alit illum penitus fateor ratione carentem:	
Ad res qui nunq; prouida corda gerit:	Sap. xv.
Dormitat fatuus stratus sub sole calenti:	
Qui nihil acquirit sed bona parta vorat	pu. vi. z
Tristis hyems istum ieiuno gutture torquet:	xiiii.
Non habet vt stomachum quit satiare suum:	
Et vitam miseram brumali tempore ducit:	pu. xxvi
Qui tempestiuas non cumulauit opes.	mat. xxij
Qui non collegit fenum: cum Iulius ardet:	ecci. xxij
Nesibi quesiuit emolumenta domus:	
Frigeat in bruma gelida: queratq; per urbem:	
Fasciculos foeni: stramina nuda terat.	pu. xxij.
Exemplum magni prebet formica laboris:	
Colligit & seruat tempore queq; suo	Iuuenal
Litibus & rixis qui delectatur: & omni	puer. vi
Tempore contendit: iudiciumq; petit	
Est fatuus vehemens: nempe excecere laborat:	
Iustitiam: & legum contaminare fidem.	N

*De pueris gerere hincet alie em hinc  
 and memet de warheit to matie blint  
 Si pueri pte uolte de hinc lo au bint  
 Ah der narren fantz uile sint*



# De litigantibus in iudicio



i. cor. vi. Acrior ad reliquos fatuos consurgere dignum est:  
 puer. iiii. Quos agitant mesti iurgia vana fori:  
 ecci. viii. Turba quidem est ingens stultorum: copia pregnans:  
 ad Ti. iiii. Horum / qui lites iudiciumq; petunt  
 ii. thi. ii. Procausa exigua: minima pro re vel inani.  
 Vath. v. Contendunt stulti: concipiuntq; dolos:  
 pue. xvi. Iudicii amfractus fatuo queruntur ab omni  
 Esa. vii. Et gaudent lites q; sine fine gerant  
 Tardo etiam strepitu / plures ambagibus vti.  
 Iaco. iiii. Conantur longis iudiciumq; trahunt:  
 pu. xvij. Scilicet vt nocui fugiant decreta / sacrate  
 Iustitie: leges aufugiantq; bonas.  
 Ecc. vi. Est qui se patitur banniri / in iusq; vocari:  
 Hiere. ii. Excluditq; sacra stultus ab ecclesia:  
 pu. xxvi. Nil tamen hec curat: ius fraude lacessere tentat.  
 Iustitiam fugiens impietate sua:  
 ec. xxviii. Nec tamen id fatui meditantur: qui fora querunt.  
 Et lites varias: iurgia vana mouent:  
 Esa. lviii. Inuidiam q; tunc incurrunt: quodq; dolosos  
 ecci. viii. Gausdicos ditant: qui sibi dona petunt:



Postq̄ te scribe calamus conp̄inxit auarus:

Ponit & in crasso codice verba tua:

Tu tamen insipiens tua cuncta impendere liti:

Et cause intendis que loculum euacuet.

Corrupis nummis: alio vel munere iuris

Custodes: melius vt tua causa sonet.

Pinguius & melius siquidem declamat / agitq̄

Causidicus: palpet quem tua larga manus:

Sepe oratores spacioſo ex orbe vocamus

Quo prolongari iurgia nostra queant:

Vtq̄ phaleratis verbis diffundere causam

Possint / & legum garrula verba loquit:

Causidico a tali iudex cito fallitur / is qui:

Iuditij sceptrum simplicitate regit

Ecc̄i. viij

pu. xviii

Ecc̄i. iiii.

puer. iiii

E c̄i. xl.

Colloquium prauum: & lingue lasciuia pudende

Verba: bonos mores contaminare solent:

Inducuntq̄ malos mores: vitamq̄ prophanis

Ritibus: inuertunt ingeniumq̄ pium.

pu. xxiiij



Festa noui patris celebrant plures Grobriant:

Magna cohors iugi hunc sedulitate colit N ij

i cci. li.

i. c. l. vi

*Wur de fro de Grobriant  
 und wur der name ist in dem wirt  
 schendige worte und geben unge wirt  
 dar suluest grossheit Gomen wirt ist*



# De obscenis fatuis

i. cor. xv  
 xxviii. q  
 .i. sepe.  
 ezech. ix  
 ec. xxix.  
 Illius obscenis lustrantur ritibus are:  
 Non nisi pestiferos hic Grobianus amat.  
 Ad templum mixtim currunt iuuenesq; senesq;  
 Et pariter mulier: virgo / puella / puer:  
 Thura ferunt manibus: grobiani festa colentes  
 Sordidulis verbis: rancidulisq; litant.  
 Iam pudor ex terris abiit: petulansq; remansit  
 Spurcities, hominum qua perit vsq; genus.  
 En fatuus porcum cenosum continet aure:  
 Campanam manibus concutit atq; suis.  
 Eccle. xx  
 puer. xi.  
 A porco trahitur fatue (michi credite!) nauis  
 Prora: per aequoreum que comitatur iter:  
 Pondera ne puppis tumidis mergantur in vndis  
 Turbaq; stultorum: quam super esse sat est.  
 Eccle. v.  
 Nam si non biberet vinum stultissima secta:  
 Munera iam bachi merce minuta forent.  
 ii. Pe. ii.  
 Sus tamen innumeros procelles parturit: inde  
 Magna cohors hominum festa suina colit.  
 ad eph. v  
 ps. xl.  
 Obsceni mores: & turpia verba: colendos  
 Efficiunt homines: nil pudor ipse valet.  
 Turpibus ecce viris primi nunc dantur honores:  
 Hier. ii  
 Esai. xli  
 Gloria prima datur foedilo quisquis viris  
 Iam porcus viridem gestans in fronte coronam.  
 Admittit fatuos ad sua iura viros:  
 ad col. iij  
 Ad' ti. i.  
 Quidam sunt adeo obsceni / turpesq; relatu  
 In quorum saluunt verba pudenda genis:  
 Insanus quales si nunc spectaret Horestes  
 Eheu clamaret: q; furiosa cohors.  
 horestes  
 pue. xii.  
 Illos delectant crapule. tucetaq; crassa:  
 Atq; cadus vini. verbaq; mixta iocis.  
 ec. xxxij  
 O grobiane tuas fatuus quicuuq; per aras  
 Sacrificat: fatua hunc morte perire decet.  
 En statum multi / modo spiritalem  
 Appetunt: primis iuuenes ab anis  
 Penitet tandem fatuos: relicto  
 Viuere mundo

Mammich kint nith gestlichheit  
 vnd thuet an papen eyste kloster leit  
 vnd weis em doch wahren leit  
 vnd so mede hen tom narren s'hepe gheit





Restat adhuc aliquid: quod nostro carmine dignum est viii. q. i.  
 Quodq; locum in fatua puppe tenere solet. in scrip-  
 Omnis homo pueros sacris modo deuouet aris: turis. &  
 Visq; sacerdotem rustice habere tuum: c. moyf.  
 Non hoc proposito: supremi vt sacra tonantis. xvii. q.  
 Rite colat: placeat aut sua vita deo nos. aut  
 Verum vt seposito vitam sudore quietam. gl. i. dif.  
 Ductitet: illecebris inuigiletq; malis: xxi. de  
 Nil anime curat fatuus mentisq; salutem: ros.  
 Sola placent rerum sordida lucra sibi.  
 Nil doctrina iuuat: funesta pecunia princeps  
 Sacra dei inuertit / sacrificosq; lares. xij. q. l.  
 Ordo sacerdotum fatuo turbatur ab omni: quia.  
 Labitur & passim religio nis honos  
 Non Numa presbyteros tales in templa sacrauit  
 Prisca. sed in cunctis integra vita fuit.  
 Pontificis culpa est: diuinos vendere honores  
 Iam stultis solitum est / pestiferisq; uiris:  
 Quis furor o miseri ad vos mystica sacra prophanos  
 Compellit: procul hinc tollite queso manus. N iiii  
 Numa  
 pom.  
 xxxvi. di  
 oportet.



# De inani fastu

xlviij. di.  
per totū  
Mōach

augusti  
nus. vii.  
q. i. non  
aūt.  
Deutro  
xviii.

pue. xxi

Non status in terris nunc est damnosior illo:  
O quali superos religione colunt?  
Quid fratres memoro subductus colla cucullis  
Gestantes: misere o nunc sacer ordo vales:  
Augustinus enim dederat confratribus olim  
Vivendi salubres cum pietate modos:  
Hos monachi observant lascivi / more sinistro:  
Augustine parum iam tua scripta valent.  
Non quales statuit primeuo tempore Moses  
Presbyteros: tales secula nostra fouent.  
Indocti (fateor) nunc pinguis vota sequuntur:  
Ecclesiamq; sacram sordida turba regit.  
Post sua fata tamen: quid sit rexisse videbunt  
Ecclesias: mores nec coluisse bonos.

Mendaces fatuos: de quorum pectore nugas  
Bullatas capimus: nostra hos vehet illa carina  
Gestarum rerum / falso preconia fingunt:  
Militiam hic iactat: doctrinam iuris et alter:



Feruida iam dygito compescere labra volebam:  
Et finem numeris ponere forte meis.

*Nubinge ist noch zwe andez voren  
Dast int waren sijn med: horen  
Oze willent foren wederz sporen  
Wu wol sic hebben der warre oren*



Turba tamen stolidis frontem redimita corymbis:

p. xxvii

Percita stultigero gesta furore refert.

Alter enim miles gestat calcaria ahena:

Alter & in manibus romula iura gerit:

Miles ab antiqua se nobilitate superbum

lactat: & a Tullo tempora rege notat:

Aut genus a claris patribus quos romulus olim

Legerat: atq; alios enumerare solet.

Forte tamen patres habuit / qui foenore iniquo:

Fraudibus aut aliis stemmata parta gerunt

Plures se faciunt ex nobilitate superbos:

Quam virtute sua non meruere tamen.

Nobilitas virtute bona: meritisq; beatis

Constat: diuitie stemmata nulla parant.

Candorem tituli: qua nam virtute mereris:

Aut quid gessisti: quod tibi stemma dedit:

En ais: externis martem diduximus oris

Cognita sunt variis gentibus actameat

Me Solyme videre sacre / Memphitica tellus:

Gallia bellipotens: marticoleq; Gete

Atq; alias bello regiones fortis in armis

Lustraui: merita nobilitate feror

Doctoris quidam titulum nomenq; tenere

Gliscunt: se iactant: & didicere nihil.

De rebus fatuis vanissima verba loquuntur:

Esseq; prudentes / doctiloquiq; volunt.

Nil sapiunt penitus: tantum de cortice libri

Sumpserunt tituli nomina vana sui.

Cum manibus ductant fatuum: preconia iactant

Que nunq; meritis sed peperere suis.

Sed quid multa loquar: fatuis innata superbis

Hec mala: quod non sunt: protinus esse volunt.

Multos ludorum fatuos damnosa voluptas

Sollicitat: tantumq; iuuat:

Nil aliud curant: nec delectatio maior:

lacturam neq; pensulant.

Milites.  
Tullius  
hostili?

ps. lxi  
p. xxviii  
Iuuenal  
Seneca.  
i. Corin.  
iiii. de p  
be, vene  
rabilis  
Bar. i. li.  
i. C. de i  
colis li. x

xlvi. dif.  
sacerdo  
tes. et gl  
in l. i. C.  
de athle.  
li. x.


pu. xxvi

*Alch bungs ita narren vil  
de alle or fraude hebbou in de spcil  
Mouen sic Comen frug nicht + lome  
wan si ple nicht to dem spilde heuen*

N. iii.



# De lusoribus



Virg. de  
ludo.

gl. in. c.  
pe. de. vi  
et ho. de  
xxxv. di.  
c. i. glo. i

Iuvenal'  
de exp̄ s.  
la. iter di  
lectos

En iterum nostris offert se turba camoenis  
Sordida: ludorum concomitata iocos.  
Initio /furiis ego sum tribus addita quarta  
Ludus ait: fatuos hic numerabo meos.  
Quidam sunt adeo incensi certamine ludi:  
Et ludos tanta sedulitate colunt;  
Vluere taxillos reputant sibi gaudia summa:  
Tres bene currentes /gaudia sola parant:  
Noctes atq; dies ludi certamina versant  
Alea discurrit: sordida lucra petit  
Hunc senio ditat: damnosa canicula merdet  
Illum: sed Venus hunc radit iniqua cito.  
Ludus agitabilem: mentis secreta relaxat:  
Insicit ingenium: sensibus atq; nocet:  
Efficit iratos homines: precordia frangit.  
Alea sollicitos efficit vlcq; viros.  
Nil curant aliud lusores: tota voluptas  
Sortibus infixata est: irrequieta quidem:  
Per noctem vigilant: latrant /iurantq; frequenter:  
Nulla fames illos: nec sitis vlla mouet.




Sepe furore graui diffamant vulnera xpi:  
 Torquent ad superos verba nefanda deos:  
 Tanq̄ pestiferos lufores / conditor orbis  
 Curet: & ad stulti turpia verba fleat:  
 Spurcidius tamen hoc: q̄ foemina ludit / iniquis  
 Intermixta viris: & tabule vsq; vacat.  
 Nobilis: & clerus / ciuis / iuuenisq; / senexq;  
 Cum tenui vulgo ludere sepe solent.  
 Quem decet vt modicum ludat: sibi congrua sumat  
 Tempora / personas eligat atq; pares.  
 Omnipotens cunctos lufores odit iniquos:  
 Et ludos vetuit regula sacra patrum.  
 Nam mala proueniunt ex ludo crimina multa:  
 Ludus opes minuit: & bona cuncta terit  
 Est (scio) turba meo fatuorum picta libello  
 Magna: sub insculptis atq; locata notis:  
 In tergum illorum capitosus saltat a sellis  
 Depressos monstrans / stultigerosq; viros.

Leuitici  
 xxiiii  
 Ad ro. ij

de iudi.  
 c. ii. li. vi.

no. in c.  
 clerici de  
 vi. et ho.  
 d.  
 host. in  
 s̄r. de ex  
 pla. qua  
 literi



Transtra per & remos collecta est tanta caterua;  
 Et numerum tantum nostra carina vehit:

*Vele warren sint in groten vordurcken  
 Vud sint behaft mit bosen micken  
 Vud sint dorren in velen sturcken  
 Ge moten vuder den ezel micken*



## De iupprenis fatuis

Ut prope stultorum sine me discederet ingens  
 Copia: sed mouit noster a sellis herum  
 Nauiculam merito stultis conscendo paratam  
 Sum quia quem torquent omnia facta nimis.  
 Exiguus pro me locus in rate: & angulus arcus  
 Sufficit inq; foris: me mora nulla tenet:  
 Ne me continuo calcat ve / premat vel a sellis:  
 Quem piger in tergo cogor habere meo:  
 Si saltem patiens ad mandata illius essem:  
 Libera sperarem membra abitura cito:  
 Abeat hoc vnum: socios comitesq; tenemus  
 Plures: qui viuunt conditione pari:  
 Hi sunt: prudentum nunq; consulta sequuntur  
 Qui bona: nec capiunt consiliumq; ferax:  
 Hi sunt: quos ire stimulus per crimina iactat:  
 Ob causam nullam: sed ratione carent.  
 Hi sunt qui lites mercantur: quicq; dolore  
 Inuidie marcent: causa doloris abest.  
 Hi sunt: audaces / qui natos quosq; / proteruos  
 Dum virgis parcunt verberibusq; parant.  
 Hi sunt: vicinis qui se uos: quicq; molestos.  
 Se prebent: vel quos pocula magna iuuant:  
 Preterea in pedibus quos torquet cadceus arcus:  
 Quem tolerant: hi sunt quis bona nulla placent  
 Sunt & lurcones / sua qui patrimonia perdunt:  
 Qui plus consumunt: q; sua aratra ferunt  
 Hi sunt: lenones proprias qui ad crimina mechis  
 Vxores stolidi: sacrilegicq; locant.  
 Stultus & hic pariter sua qui peccata recēset:  
 Et pœnas: vitam sed gerit vsq; malam.  
 Hi fati a duro fatui calcantur a sellis:  
 Sed tamen hac iuncti naue: per equor eunt.

Dum captant equites hominem: scribeq; maligni  
 Villanum: & qui sit simplicitate rudis:  
 Si saltem nummos habeat. spoliatur ab illis:  
 Cogitur vt soluat rusticus ille minis

*Man schmezt und rutzet geyen an  
 Emen alien sichten buerger man  
 Ge modt de leuen geythen han  
 Und scholde hi gantz worgen an*

Sap. e. ij  
 ad hebr.  
 xii.  
 ii q. m. f.  
 puerb. i

puerbi.  
 xxvii.  
 pue. xvi  
 ec. xlvi

puerbi.  
 xxvii.  
 ecci. viii

ff. de az  
 dul. maz  
 nu. et li.  
 ij.





Ad naues nostras / equites / scribasq; citamus:  
 Ad fatuam sectam dant monumenta militi:  
 Auriculas asini gestant: titulosq; merentur  
 Quos dabimus: dignis pro meritisq; suis  
 Accelerate precor: quoniam mea nauis abibit:  
 Que vos ad remos / transstraq; longa vocat.  
 Est labor equalis: studium simile: atq; facultas  
 Par: q; scribe gerit: q; malefidus eques.  
 Hic rapit insidijs: spoliat clam predo per agros  
 Publicitus scribe decipiunt homines.  
 Sub madidis pluuijs eques / & sub frigore duro:  
 Corporis exponit fortia membra sui.  
 Hic animam calamo infuscat: perditq; salutem:  
 Auri & nummorum est his quia magna fames.  
 Accendit predo villas: flammisq; perurit.  
 Culmina: querit opes: exuuiasq; petit.  
 Rusticus a scriba simplex seducitur: atq;  
 Cogitur in pennas soluere cuncta suas.  
 Querit opes qui uis: precium quoq; captat iniquum:  
 Est spoliatorum turba maligna nimis.

Mathi  
 xxiii.  
 Ecc. xli.

ezechie.  
 xxii.  
 Esaie. x.  
 Iob. xxx

math. v.  
 Iob.  
 xxvii.  
 puer. xi.

luce. xxi  
 amos. iij



# De stulta nuntioꝝ legatione

Eccle. ix.

Officium si quisq; suum moderamine iusto  
Rite ministraret: laus sibi magna foret:

Iaco. iiii.

Hic eques vt gladiis inopes defenderet: atq;

ii. thi. ii.

Cum viduis pueros, emeritosq; senes:  
Quo duce tuta foret semper res publica: quo ve  
Latrones fugerent per fera iustra procul.

Hic calamo iustas leges conscriberet: atq;

Esaie. iiii.

Iusticie normam panderet arte sua.

mat. xiii

Sed modo pupillos inopes / viduasq; relictas

Mathei

Ille armis: calamo hic: nunc spoliare solent.

xxiii.

Non dolus in terris maior, fraus turpior vsq;

Ex scribis q; q; tot mala proueniunt:

Ast equites faciunt: q; semita nulla viarum

Tuta est: impune crimina tanta volant:

Cursor ergo velox longis de partibus orbis

Aduenio: nec vas potui euacuare bibendo

Donech as fatuis sulcantibus equora passim

Preberem chartas: nauita siste ratem



Proposui fateor nullos vehere in rate nostra

Cursoris: agitur res quia nostra mari.

*Ik holde de flasthen hoch vud petz  
Vud loze einen werch veme vud mytz .  
vante dat ik rade de stede vud vudt  
Der down bodesthey so werde quindt*



Navis in vndosa rapitur volat atq; carybdi:

Nec reuocare potest nuncius vllus eam:

At tamen ex istis: quidam sibi tradere partem

In rate: pro fatuis nuncius esse cupit.

Qui chartas scriptas /cera impressasq; sigillo

Portet in ore suo: gestet & in manibus:

Ne fiant madide: capiant neue altera damna.

Ambulet: & tutam nuntius vsq; viam.

Quidam cursores: plusq; committitur ipsis:

Expediunt: nugas concipiuntq; meras.

Sepius ex magna tamen ebrietate morantur

Officium tardant: expediuntq; nihil:

Atq; vias calcant infidi tempore multo

Otia longa terunt: efficiuntq; moras.

Caupones omnes lustrant: omnesq; tabernas:

Vt capiant dulci vascula plena mero.

Ter legit atq; quater chartas, manibusq; reuoluit

Nolle volens: quidnam littera missa canat.

Non alia ratione tamen sic scire laborat

Scripta: nisi vt valeat dicere multa noua.

Negligit interdum: nec scit commissa referre:

Et sine responso perfidus inde redit.

Tempore ceu messis recreat nix corpora nostra:

Et sicut requies queq; cupita iuuat:

Sic recreat dominum per quem legatus abiuit

Nuncius & carthe credita iussa refert.

Hi sunt: quos voluit: flulti qui nuntia verba

Transuectant: currunt nec sine vase meri.

Iecur habent calidum: calor hic innascitur ipsis.

Ob cursus volucres: nugiloquasq; genas.

Nuntius hic dignus precio: titulisq; decoris:

Exedit impostite qui cito iussa rei.

Ezechi.  
xxx.

pue. xij

p. xxxvi

p. xxxiii.

pu. xxv  
in fi.

p. xxvi.  
Sapie. v

pue. xij.  
Hiere. ij

En venit aucta cohors promorum iamq; coquorū

Cōmissaq; domus cetera turba venit

Ad nauem properant. & forti robore fulcant:

Adiuta his citius carbasa nostra volant.

*Em phay este of em ander borke  
wert vaten geste ten of vnder vnen zof  
wente de kelleman vnd of de borke  
kosten oen garen mad mit phorke*





Ezechi. Est damnosa nimis dominis hec turba penatum

xxiiii

Cuius iam crapulas: luxuriamq; vides:

Est natura coquis / & promis semper iniqua:

Quos domini nulla sollicitudo manet.

pue. xxi

& xxiii.

Inq; vicem iactant: quoniam nos sola voluptas

Potus iucundi confouet atq; cibi:

Esa. lkv.

Edendum est igitur nobis / semperq; bibendum:

Nos cibis / & pascunt vina aliena quidem.

pue. xix

mthei.

xxiiii.

Inuenies raros custodes esse / fideles /

Aut seruos dominis: perfida turba laris

Sopito domino referat cellarius vrnas:

Atq; aperit sapidi vasa vetusta meri.

Ec. xxxi

Oenophorum vino complet: vacuatq; lagenas

Bacchi: quas seruat ad sua gaudia herus

puer. xij

Contenti non sunt: proprio consumere luxu.

Credita que manibus sunt bona cuncta penus.

Adducunt alios ganeones atq; bibones:

luce. xvi

Quorum opera possint euacuare cados.

Treit. v.

Nulla fides illis: iacture damna future

Hi nihil aduertunt: decipiunt sed herum.



In lecto recumbans / sensu pereunte / patronus  
 Nil sentit: seruos credit habere bonos;  
 Sed cum forte iubet sibi dulcem afferre Iyeum:  
 Bombo vasa sonant euacuata graui.  
 Est dolus in promissis: est & versutia fallax:  
 Infidi dominum decipiuntq; suum.  
 Quid coctus immundus facit: & qua fraude patronū:  
 Decipit: en audi: sordida gesta cano:  
 Ista caterua quidem nulla pietate mouetur.  
 Edunt: consumunt / & bona cuncta vorant.  
 Emptaq; fumosam veniunt quęcunq; culinam:  
 Immundus gustat fercula prima coquus.  
 Inde famesi quis coquus aut cellarius vnq;  
 Deperit: at crapula dicitur vsq; mori.

Pu. xxix

Ec. xxxij

Luce: xli

ad ephie,  
vi:

Villane siquidem superest dementia sectę.  
 Que cupit in fatua ducere vela rate:  
 Ergo mihi parcat villana superbia: quam nunc  
 Pungimus in teneris versibus atq; notis



Simplicitate rudis quondam natura colonum

Exitit: atq; humilis conditōne fuit:

Binnen sta int narren schip mede dringen  
 Die menen om schelle den lool te lingen  
 In den sate sic dar mede dringen  
 En dresstet van selgenen dringen

Oij



# Derusticorum arrogantia

- Si numerum ætatis poscas: non secula longa  
Fluxerunt: in quis simplicitas nituit:  
Iustitie folium turritas liquerat vrbes:  
Oul. in virtus rusticitas ꝛcum probitate fides:  
fast. & Migrare simul quondam ad triualia tecta  
.i. meth. Adq; casas humiles: stramineosq; lares:  
Iuuenal' Non dolus in villis: non fraus in rure fuerunt  
Hos penes atreꝝ sacra cathedra fuit.  
Ardor auararitie nullus: non foenore lucrum  
Ecci. vii Mutabat mentis rustica turba rudis:  
Auri nulla fames: non fastus corporis. at nec  
Ornatus: quales ciuica turba gerit.  
Hier. xli Sed modo coeperunt habitus gestare superbos  
Villani. quoniam pristina vita ruit.  
Crines in nodum tortos ꝛ crisposq; capillos:  
Et calamistratos rustica turba gerit.  
Vestes partitas scutulis ꝛ varioq; colore  
Gestant: quas cingit fimbria picta quidem.  
In manicis sculptas externo more ꝛ figuras  
Et tunicas portant cum breuitate bonas.  
sap. xvij Discit ab agricolis gens vrbica ꝛ fraudibus vti  
Atq; dolos multos: & noua cuncta mala.  
Sola tenet nummos gens rustica: solaq; faccum  
Iob. xx Ingenti ere replet: diuitiisq; studet.  
iiii. Proh pudor vnde venit: tam morbida vita colonis:  
Esaie. v. Vnde sitis rudibus ꝛ improbitasq; viris:  
Villanus diues: mox fit mercator auarus:  
Hiere. li Mercatorq; studet nobilitate frui:  
Tempore sic nostro villani: nomina clara  
p. xxiiij. Nobilitatis habent: simplicitate carent.  
Iuuenal' Querere proh pudor est nimis alta & inania semper:  
Ecci. iij. Stare nec in proprio ꝛ nec remanere statu.

Paupertas fugitur ꝛ totoq; arcessitur orbe.

Vndiq; numme places: pauper vbiq; iacet.

Ridetur solus pauper: solusq; fugatur:

Cedit inops cunctis: nummus in arce sedet.

Ge. al synen best set up dat gelt  
Vnde yo dat vor dat beste gelt  
Nec duncta oca dar bouen stult  
An demer wert nachwit ꝛ gross vorwelt





Nummosos plures fatuos vehit illa carina:  
 Sola quibus rerum copia vana placet:  
 Quos magis oblectat cupidi possessio nummi:  
 Quam morum probitas / egregium ve decus.  
 Paupertatis onus omnes iam ferre recusant:  
 Auri sacra fames pectora cuncta quatit.  
 Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat  
 Res angusta: domi: pauperiesq; grauis.  
 Amplius haud titulos: clarescere merentur honores  
 Qui sophie cultus & monumenta colunt.  
 Iamq; viri iusti postrema sede locantur  
 Diuitibus solis munera prima patent.  
 Nam quia collectus tribuit modo census honores:  
 Census amicitias: pauper vbicq; iacet:  
 At qui diuitias ingentes tentat habere:  
 Curat opes grauidas & cumulare sibi:  
 Hoc modo constituat vitam: sit spretor honoris:  
 Et fidei seruet pignora nulla sacre:  
 Per superos iuret: fallatia vota per aras  
 lactiter: emineat nullus in ore pudor:

xlviij. di.  
 sicut pri  
 uilegia  
 pa. vi. in  
 l. si quis  
 ad. C. de  
 epist. &  
 de arch.  
 .xi. q. iij.  
 pauper:  
 pu. xxiiij  
 Eccle. x.  
 ouij. i. fal

Iuuenal'  
 Eccs. v.  
 Mich. vi  
 ecci. xxv



# De paupertatis

e ccs. iiii. Nil scelus atq; nefas: nihil & peccata peracta  
 xlvi. di. Estimer: & cecus ad mala cuncta ruat:  
 sicut. Exercet rapidam vsuram: dygitq; tenaci  
 ecci. xiii. A miseris capiat foenora dira viris:  
 amos. v. Delatoris agat fraudes: voceq; dolosas:  
 esaie. x. Auribus instillet seua venena bonis.  
 Iob. v. Infectus vitis istis nunc voluitur orbis  
 Totos & ad nummos sedula turba ruit.  
 puer. xi. Venditur omne nefas nunc pro quadrante minuto:  
 Venditur & virtus iustitieq; rigor.  
 xi. q. iiii. Plures ex merito mortemq; & fata subirent  
 pauper. Ob scelera: & vite crimina magna suet:  
 xxiiii. q. Ob furtum plures furcasq; crucemq; subirent:  
 iiii. nea. Ni facer hos nummus a laqueo eriperet.  
 misso. Impunita manent nunc crimina multa virorum:  
 Apocaf. Nummus ab exitio liberat atq; nece.  
 xviii. Furibus ignoscit magnis censura: columbas  
 Vexat: & ad laqueum guttura parua ligat.  
 Ahab. Contentus regno quondam non perfidus Ahab  
 iii. Reg. Cogitat atq; inopes expoliare viros:  
 xxi. Ortus erat Naboth / patria quem lege colebat  
 Eccs. v. Vir bonus & frugit: gratus & ipse deo:  
 Ortum hunc rex diues a paupere habere petebat  
 Hunc sibi: sed Naboth cum ratione negat.  
 xi. q. iiii. Propterea misere saxis trucidatus: & ense  
 Corruit: at tandem rex fera fata tulit.  
 Iuuenal. Solus inops premitur: saccos gestare necesse est:  
 Lucan. Truditur in saccum pauper vbicq; grauem.  
 At paupertatis (quando aetas aurea mundum  
 Lustrabat) laudis gloria magna fuit:  
 xv. q. ii. Parcus erat victus: frugalis vita: laborq;  
 illa no. Communis: seruior nullus auaritie:  
 de rescr. Omnia maiores: communi iure tenebant:  
 statutuz Non ita diuitias legerat vllus auis.  
 li. vi. bea Paupertatis amor peperit preconia priscis  
 ti tho. ii. Quorum perpetuo gloria parta viret:  
 ii. q. dxx Paupera Roma fuit quondam: pauperq; senatus  
 xviii. ar. Atq; inopes habuit bellica Roma duces.  
 iii. Curius insignis dux: paupertate decorus:  
 Sub iuga Samnites straxit & Aufonios.



Publicolam extollunt: qui paupertate benigna:  
 Emeruit laudes /æt hereumq; decus:  
 Fabritium colimus: qui Pyrrhi munera spreuit  
 Cui satis exiguus census & arca fuit.  
 Regulus & meruit preconia magna: decusq;  
 Iugera cui exiguo parua fuere loco:  
 Paupertas tribuit nostris primordia sedis:  
 Hec vrbes statuit: sceptraq; digna dedit.  
 Ista magistratus stabiliiuit: regnaq; mundi:  
 Inuenit meritis dogmata cuncta suis  
 Grecia clara quidem cum paupertate decora  
 Promeruit laudem perpetuumq; decus.  
 Iustus Aristides pauper: fuit Epamynundas  
 Dux equidem pauper fortis & indomitus:  
 Et fuit insignis vates quoq; pauper Homerus  
 Dum tonat heroo troica fata pede.  
 Socrates aetherea sophia succinctus & arte:  
 Diuitijs vacuus /non sine laude fuit.  
 In mundo nihil est tam celsum: tanq; superbum:  
 Ex riuo quod non fluxerit exiguo:  
 Paupertatis honor: Tarpeias extulit arces:  
 Atq; vrbi titulum principiumq; dedit:  
 Pauperibus Róma est quondam pastoribus orta:  
 Rusticus exilis nomina tanta dedit.  
 Diuitie molles fregerunt regna superba:  
 Propter opes cecidit Roma: cadetq; potens.  
 Propter opes: miseras passa est Carthago ruinas.  
 Paupertatis honor sed sine fine micat.  
 Quid tantum cupimus: funesta pecunia multos.  
 Mortales damnum iussit inire graue:  
 Diuitie Cræso regi nocuere superbe:  
 Propter opes /mortis tristitia fata tulit.  
 Sit venerandus apud mortales pauperis vsus  
 Nam coelum diues nullus inire potest.  
 Hoc manibus multi cupidis contingere aratru /  
 Accelerant: ceptum sed continuare laborem  
 Postponunt: quonia non dum ratione polit:  
 Assidue cuculum pascunt: nidoq; reponunt.

Publico  
la.

Fabriti<sup>o</sup>

M. regu  
lus. de q  
Tulli<sup>o</sup> i  
offi.

Grecia .

aristides  
Epamy  
nundas.  
homer<sup>o</sup>.

Socrates

Eccle. xi


Roma.  
Augusti  
nus.  
ouidius  
ec. xviii.  
cartago.

pu. xxii.  
luuenal<sup>is</sup>  
cræsus de  
q hero.  
li. i

Manich socht de werch der saltheit Myt guden werche delze deit  
 Men emen gele se in sin nest hit / und blift mit vort in vnderdich  
 //ait



# Non perseverare in bono



Luce. ix. Feruet opus primum dum rusticus virget aratrum:  
 Eci. xxx Fit labor ardentis primus ubiq; manu.  
 viii. Quid velit ergo mei sententia carminis: audi.  
 abacuc. i Ut capias alacri nunc documenta manu:  
 ii. cor. vi Hos vocat ex merito fatuos stultiflua nauis  
 Iure supremos: velaq; celsa trahunt:  
 ad hebr. Qui satis incipiunt bene viuere tempore primo:  
 iii. Et vitam ostendunt ducere velle bonam:  
 ad he. xij Ad sophie studium proni: documenta sequuntur  
 Et bona: que sternunt foelicitatis iter:  
 Eccl. ii. Non tamen ad diuum: montisq; cacumina scandunt  
 In quo supremum cernitur vsq; bonum.  
 Pythagoras Virtutem posuit sapiens in vertice collis:  
 Iosue vii Qui nitidis animis monstrat ad astra viam.  
 p. xxvi. Sed facie auersa plures ioculisq; reuorsis  
 Ascendunt: quibus hec inferiora placent:  
 exo. xvi. Et placet Aegyptus: in qua tenebrosa patriarant  
 Nu. xiiij. Multa. retrocedunt: facta priora petunt.  
 mat. xv. Qui prius insigni coluit pietate resonantem:  
 Luce. xi Mutatus recidit ad scelus atq; nefas,



# De neglectu mortis

Est status illorum damnosus: nec bene tutus  
 Qui bona postponunt: & malefacta colunt.  
 Nam veluti egrius tremulo qui pectore languet  
 Viribus est oetus: semianimisq; iacet:  
 Corporis optatam poterit sperare salutem  
 Non: nisi doctrinam viuat ad impositam:  
 Deferat aduersum vinus: quod corpus egenum.  
 Inficit: interdum deteriusq; facit.  
 Nil est q; iactas: nil est q; murmure clamas:  
 Te fecisse bonum: te coluisse deum.  
 Non satis est patrasse semel benefacta. sed vsq;  
 Ad finem vite continuare iuuat.  
 Discite queso bonum: facite et bona: continuate  
 Optima queq;: deo sic bene coepta placent.

Apo. iiii.  
 Hier. iiii  
 i. q. i. v. s.  
 tū depe.  
 di. i. quē  
 penitet.  
 xcij. dis.  
 plurios.  
 xvi. q. i.  
 i canoni  
 bus.  
 ec. xviij.  
 Eccl. vii.

Nō generi aut opibus / virtuti aut morib<sup>o</sup> o mors  
 Pardis vbiq; bonis: cuncta creata rapis.  
 Quo magis hos stultos reor insanire profecto  
 Qui tua prouideant non bene tela cito.



Fallimur o fratres: error queq; lingua torquet  
 Viuida: quippe nimis incauti pergitur omnes

Alli dat dat leuent In ge won  
 Dat wil de doet al inder stan  
 In stont nenez rogent est iddel man  
 Szo heft hi velen hie vor gedan

P



# De neglectu

Terrorem mortis: & inexorabile fatum  
Negligimus: nihil attenti / q̄ terminus instat:  
Et si certus: at incerto versatilis auso.  
Quo medio: ignoras / & qualiter / aut vbi / quando:  
Tu moriere tamen: fato concedere certum est:  
Omnes transimus pariter: fluuiialis vt vnda:  
Sed quia tam varie morimur: tu cras / hodie ve:  
Serius aut citius sequitur vicinus. eo fit:  
Credula decipiat vt spes mortalia cuncta:  
Hora incerta simul rapiat iuuenesq; senesq;.  
Arta subest: contractus habet sua iura: rescindi  
Non poterit: peccata necem fecere nephanda:  
Nemo satis tardus: mors omnia tempore quo vult  
Absumit: tibi forma licet sit pulchra venusta aut:  
Sis validus: forti / nil refert / morte peribis:  
Nec mora: ferali monstro correptus. ab actis:  
Viribus: exhalas / corpus sudore rigescit  
Frigidulo: mox forma nitens pallore putrescit  
Corda tremunt: stridor dubius: titubantia verba:  
Vita cadit: mors instat atrox: sic sternimur omnes  
O fatum crudele nimis: funesta profecto  
Hora illis loethi: quos vana pecunia vinxit:  
Et qui diuitiis soli incubere repertis:  
Delectant mundi quos gaudia: mox sed eundum est  
Pallida mors: equo pulsat pede regia cuncta  
Vestibula (vt flaccus resonat) miserasq; tenebras:  
Fastus non curat: pomposaq; pectora spernit:  
Muneribus nullis placatur: florida cessant  
Verbaq; rhetorico que sunt prolata boatu.  
Papa sacer: villanus iners: discrimine migrant  
Consimili: effugiet nec enim qui evadere tentat.  
Nec quisquis securus erit: mors omnia tollit.  
Cuncta rapit. si Nestorem quis vixerit eum;  
Sive Sybillinum: vita aut breuiore fruatur  
Nil refert: pereunt moribundo tramite cuncti.  
Mille hyemes vitas: moriere tamen: tibi finis  
Morte datur: rarus centum qui viuunt in annos:  
At tandem inuitus morietur: sepe volensq;.

Job xviii

ii. Regū

xiiii.

ouidius

x. meth.

puer. x.

Eccs. ix.

Sapie. ix

Gene. ij

ad ro. v.

Eccī. xi.

ad ro. vi

Job. xxi.

Iuvenal

eccī. xv. j

puer. xi.

Eccī. xli.

Virg. vi

en.

Horati

Job. xv.

ec. xlviii

Job. iiii.

Eccs. ij.

&. iiii.

Ec. xiiii.

Nestor.

Sybilla.

I. si. C. de

fac. san.

ecclē.



Post patrem modico viuit quoq; tempore natus:  
 Morte patrem interdu precurrit filius: vnus  
 Post alium vadit: donec pater atq; iuuentus  
 Deficient: tandem flammęq; elementa repurgent.  
 Cur ergo ploras: malefane. & funera planctu  
 Desles horrifono: fatuum est tūbare quietem  
 Sopito: vixit sua tempora: moxq; sequemur:  
 Mortis & inferias gustabimus: ibimus omnes:  
 Adde quod ante diem multis fuit vtile quondam  
 Possē mori: & vite miserē finire labores.  
 Consciūtere sibi plures medicamine mortem:  
 Ast alii laqueo / aut ferro: vitamq; perosi  
 Proiecere animas: multis res commoda mors est.  
 O quot captiuos e carcere liberat acri  
 Soluuntur fato fines: tormenta: cataste  
 Et qui torquendi fuerant sine fine flagello.  
 Libera fortune mors est: quę pauperis edes  
 Et regum turres equo moderamine versat.  
 Et si partitur male opes fortuna nefanda  
 Inq; bonos sequit: tollit vel in astra malignos:  
 Id tandem equali mors horrida / lance rependit  
 Quam sibi periodum / metam / seriemq; diemq;  
 Mors statuit: seruat: firmo hanc adamante ligatq;  
 Hec precibus flexura nihil: sola illa refutat.  
 Quicquid in orbe placet: preceptaq; nulla vetetur  
 In girum versat vestigia dira: choream  
 Saltat & horridulam: cui nemo obsistere possit  
 Non Papa: aut cesar / rex / ptesul / ciuis / egenus:  
 Sepe prius lassatē pedes mors perfida. cogit  
 Quā credas: cantumq; tube obseruare ferocem.  
 Sarcophum facias qd prodest marmore & auro:  
 Qui bonus est: cęlo regitur / si non habet vnam.  
 Acta errore quidem / vano Arthemisia struxit  
 Mausęolum. septena inter spectacula mūdi  
 Quod prisca annumerant: auro gemmisq; relucens.  
 Exultit hinc Chemnis stupidam per secula cuncta  
 Pyramidem: qualem nec sol / neq; tellus obiuit.  
 Millia trecentena hominum: per lustra quateina: P ij

apo. xxi.

 i auten.  
 de nup.  
 deiceps.  
 col. iiii.

 Virg. vi  
 ent:  
 Sap: iiii.
Iuuenal<sup>s</sup>Horati<sup>9</sup>Virg. de  
for.Martia<sup>s</sup>

ec. xxx. x

t. cor. xv.

 ec. xlviii  
 Ecc. ii.  
 & iiii.

 Horati<sup>9</sup>  
 arthem  
 sia. de q̄  
 hier. vij.  
 a. g. li. x.



# Contemptus in deum

(Vt diodorus ait) molem hanc vix condere possunt:  
 Quid: q̄ opes pene exhaustit Memphitica tellus  
 Quo plebem artificum solis radicibus: atq̄  
 Exiguus herbis aleret: quis cetera narret  
 Pericula: vix aliquis sit vel ditissimus ipse  
 Princeps ex nostris (nisi fallar) solueret illa  
 Pyramidem Rhodopis struxit: diues quoq̄ Amasis  
 Quid tamen hoc: frustra est orbem diducere totum.  
 Lit res vana quidem / quam vix hec nostra carina  
 Concipit: impensas tot frustra inferre sepulchris  
 Et cineri atq̄ luto tantam edificare speluncam  
 Interea vna salus anime: contemnitur: atq̄  
 Negligitur: q̄uis viuat per secula mille.  
 Terra deo benedicta omnis: decorata sepulchra  
 Iustus habet: vel sub diuito / aut alicunde quiescat  
 Tempestiue igitur venturam dirige mortem:  
 Conciliare deo: scelerati pessima mors est.

Rhodoꝝ  
 pis de q̄  
 herodo.  
 li. ii.  
 Amasis  
 hero. li.  
 ii.  
 xiii. q. ii  
 vbi cūq̄.  
 Seneca.  
 puer. xi.  
 ps. 33.

Deus ad penas non pronus seuit amaras  
 Crimina q̄q̄ hominum sepe impunita relinquit:  
 Non ideo stolidam prebet tibi vellere barbam:  
 Hec deus ignoscit sceleri: quin puniat olim



So lange in seinen Sünden steht und denket nicht an Gottes recht hat  
 Vnzuchtet sich got weat sie ob die Ein suel vntdich doch hadens geneset



# Contemptus in deum

Quis tolerare queat fatuos: qui sepe tonantem  
Contemnunt verbis: & certant murmure contra,  
Noctes atq; dies patris mandata superni  
Confundunt: lingvę petulantia verbaq; promunt,  
Tanq; de nostri generis sit femine natus:  
Aequalis nobis, nec sit metuenda potestas  
Iudicii superum: nec presens poena nocentis:  
De loue quid sentis: cuius sic vellere barbam  
Audes: & teneras aures impellere tentas,  
Mox deus ad penas, cum te non trudit amaras,  
Ignouisse putas, quia cum tonat: otius illex  
Fulmine discutitur rapido: q; tuq; domusq;  
O male fidentes, vitam sic ferre nocentem  
Quid iuuat vsq; adeo: deus est super omnia iustus  
Cuncta videt: contundit enim sua lumina nullus  
Nonne putas vite metam durare perennem:  
Ut sint ad veniam tibi tempora longa precanda  
O fatue enormis noli confidere rebus  
Pestiferis: omnes horrenda morte peribunt  
Te peccare sinit siquidem diuina potestas:  
Temporis ad spacium /parcit quandoq; nocenti:  
Sed grauius tandem tormentum rector olympi  
Iniungit: torquetq; magis delicta nocentum.  
O male prudentes: quorum sic corda tenebris  
Obscure iacent: nequeant vt credere recte:  
Et curare deum: quo sunt elementa creata:  
A quo pcessit nitidus sol: lucida phoebe:  
Qui statuit lucem /& noctes /& tempora cuncta:  
In cuius maibus spacium dependet vtrumq;  
Et vite mortisq; gradus: deus omnia nouit.  
Quem peccasse pudet: cui tedia vita probrosa  
Efficit: & curat cursum emendare prior: m  
Hic speret veniam facti pacemq; benignam:  
Nam deus omnipotens lugentem exaudiet ipsum

Proh quicumq; deo maledicis: conuictumq;  
Indiginum factas: lingue & petulantia dicta:  
Dignus es vt primum moriaris corpore: honore/  
Atq; anima, iudex qui finit ista: luet,

*De got lastert mijs slohen xud sworen  
de leuet in handen xud stuet an eren  
we den de dut wol honden woeren  
wente se ste sub van godde tueren*

Iob. xv.  
ps. cvii.  
Eccs. vii  
Exo. xvi  
Sap. xi.

Persius,  
Eccs viii

Ad ro. ij

p. xxvij.  
Eccs. xvi  
Hie. xiiij  
esa. xlviij  
Valeri.  
li. i.  
Ecclesi.  
xxxvij.

ps. vij. et  
xli.

Eccle. ij.  
Hiere.  
xviii.  
ezechie.  
xviii.

P. iij





# De blasphemijs in xpm



mat. .xij.

Leuitici  
xxiiii

Luce. xij  
Mar. iij.  
Esaie. liij

xxii. q. i.  
si quis p  
capillũ.  
in autẽ.  
vt non  
lux. con.  
na. circa  
me col.  
vi.


Funde pias lachrymas: fletus / mestamq; querelam  
Et gemitus tristes / docta talia precor:  
Non sine luctifica possim deflere camoena  
Crimina / que temere perfidus orbis habet.  
Nam frustra fatuos culpauimus haecenus omnes.  
Si minus hos stultos concumulemus eis.  
Contenti quidam non sunt q; crimina mundi  
Omnia pertractent: deteriora petunt:  
Proh pudor: in christum lingue temeraria dire  
Tela vibrant. summo nil nocitura deo  
Inuidie contra celestem verba parentem  
Mussant: & laceri pectoris arma petunt.  
Hic capiti xpi blasphemat: murmura iactat  
Alter in etherei membra sacrata dei:  
Per iecur patq; genas iurat rigidamq; coronam:  
Per cor: per pedes hic maledicta vomit.  
Alter testatur transfixi vulnera xpi  
Ille crucem sacram: polluit ille manus.  
Hic ex spurcidico supplantat verba palato  
Improba: supremum torquet vbicq; patrem.



Immoderata nimis talis vesania: sepe  
 Qua superos temere ledimus atq; deum.  
 Hoc facit immodicus ludus: certamina vini  
 Hoc faciunt: quibus est ebrietatis honor  
 Gloria prima datur: qui scit maledicere christo:  
 Qui iurat diuum: per caput atq; pedes.  
 Propterea mortes subite: discrimina seua:  
 In nos: & coeli fulmina iusta cadunt.  
 Nos patimur tremulis horrenda pericula membris:  
 Impunita deus non sinit esse mala:  
 O pater omnipotens: veniam dato / nec tua iusta  
 Vindicet ira malos qui maledicta serunt.  
 Sennacherib nam sic periit: seu usq; Nicanor:  
 Anthiochusq; ferus: multi aliiq; simul.  
 Miratur fatuus: purat & portenta subesse  
 Magna: q; interdum nos ferit ipse tonans.  
 Q; deus omnipotens punit mortalia facta  
 Rite fit: heu nullus extat in orbe pudor.

ii. mach.  
 xij de pe  
 dist. iii.  
 auctoris  
 tas. iuz  
 tex et. g<sup>p</sup>  
 Math. v

xxij. q.  
 v. qd ers  
 go. ii. pa  
 ra. xxxii  
 ii. mach.  
 xv.



Quid prodest stultis xpi monumenta tenere?

Christicolum nomen prauus habere potest

Piiii

Got sendet wy vns schaff vnd plage  
 Weis vns dat schuldich alle dage  
 wente wy weghen nicht mit recht wage  
 vnd leuen nicht na sinem behage



# De plaga et indignatione dei

Deutro  
 xxv. Aduersus summi facimus brecepta tonantis:  
 Nil modo curamus que statuere patres.  
 Ecclesia.  
 xxxvii. Nos christi titulum rapimus: documenta negamus:  
 Et sequimur temere dedecus atq; nefas:  
 Iuce. xxi. Nomen habere iuuat christi / fideiq; sacrate  
 Ioha. v. ii. Verum opera horremus / negligimusq; bona  
 Iustitiam fugimus: virtutis sacra fuggamus  
 Dogmata sic mundus transit / & alma fides:  
 Libertate vaga facimus peccata maligna:  
 Vix maiora quidem crimina / Thureus agit.  
 Iob. xv. Heu genus humanum violatum crimine multo  
 Ecc. vij. Et vitis: contra nititur esse deum.  
 Exo. xv. Cum tamen omnipotens: mea si precepta tenetis  
 Deu. xi. Ducam (ait) ad superi vos pia regna poli:  
 mat. vij. Sin leges' positas & dogmata spernitis. atra  
 Ioha. xv. Vos poena affitiam: peste / lueq; graui.  
 leuitici. xxvi. Quo fit vt ad prauas horrenda piacula gentes  
 Nu. xiiij. Mittat: & ardenti tela trifuka manu.  
 Ezechi. xxx viii. Plagas in terras varias: seu ofq; dolores  
 Iuce. xij. Immittit iusti dextera seuera dei.  
 Apocal. xviii. Iam modo mauortis trepidantia bella videmus:  
 Mortibus' innumeris pestiferumq; malum:  
 Interdum patimur rabidos sub sole calores  
 Interdum rigidi / frigora dura poli:  
 Fulmina dira / nitues / bolides / tristescq; cometas.  
 Cernimus: & summo fulgura missa loue.  
 Et varios mundi casus. plagasq; timendas  
 Que venit ex merito. poena ferenda quidem est  
 Sepe palestinos deus a regione paterna  
 Expulit. & sedes iussit adire nouas.  
 Propter peccatum plagas sufferre coacti  
 Crimen persequitur. sic deus omne / malum  
 Qui pro' stultifona non bene tibia  
 Commutat vel equum. noliger hic / nihil  
 Lucri consequitur. sic sibi & accidit  
 Quip' refragili. perpetuum fugit.

De sinen ezel to markide dufft  
 Den suluen xmb em sult ppen giff  
 & weeth neme wysheit esse pthufft  
 Ein wort genger wud em varre hie blufft





Sepe solet fatuus plures tolerare labores :  
 Atq; humeris grauius sollicitare iugum:  
 Quomodo tartareis animam submergat in vndis  
 Et videat stygii guttura passa canis.  
 Qui forte heremum colit / inter lustra ferarum  
 Continuo effundit vota precesq; deo.  
 Nos scelera impellunt plures subiisse labores  
 Quã virtus: facilis ad mala cuncta via est.  
 Cernimus en quales pomposa superbia / fastus  
 Exigat: atq; operis sit polienda quibus :  
 Ornamenta petit capitis: frontisq; coronas:  
 Vnguentum: vestes / atq; monile graue.  
 Ardor auaritię per seua pericula multos /  
 Per casus varios: exitiumq; trahit:  
 Navigat hadriacum pelagus fluctusq; trementes  
 Quem studium nummi / curaq; vana trahit.  
 Non metuit fluctus: tempestatesq; sonoras:  
 Auris sacra fames: pectora tuta facit.  
 Nec dulces somnos capiunt / mollemq; quietem:  
 Funibus immitis quos cytherea trahit

gl. iusti  
 q; cu; co  
 q; i ver.  
 sederit.  
 & in au  
 ten. qui  
 mo. na.  
 eff. sui.  
 colf. vi.  
 l. pe. ff.  
 de vir. et  
 fast. ig.

sap. xiiij

claudia  
 de raptu  
 pserpie.



# Honorare parentes

Semper habent curas iuiores: sepe dolores  
Noctes atq; dies pertolerare solent.

trist. iiii.  
Iuuenal

Quid ganeos memorare velim: qui ventre refarto.  
in crapulis semper delitit: iacent:

Quid referam fatuum: quem vexat cura laborq;  
Coniugis: in thalamo mutua supra timens:

Sapie. v.

Nemo tamen propter xpm sufferre labores  
Promptus ad interitum corpora nostra ruunt:

Iuuenal  
Eccs. x.

Optima raro placent: probitas laudatur: & alget.  
Nempe homines cunctos: iam malefacta iuuant.

Virtutem studeat sapiens amplectier vsq;

Crimina proueniunt pessima sponte sua.

Mat. vii  
ezechie.  
vii.

Qui pro caelorum regno mercatur iniquas  
Illecebras mundi: stultus inersq; manet

Hos reor insulos fatuos: pietate parentes:

Qui non precipua venerantur: quiq; iuuamen

His placidum prestare negant. qui verbera dira

Iurgiaq; his referunt: tales ratis illa recenset.



ii. q. vii.

Huc etiam esse puto fatuum / stolidumq; parentem:

pletu:

Largitur natis qui bona cuncta suis

*Genicht synen vaders und maders eret  
Dat got doch suluen buth und leuet  
De is nich vele lous gewert  
Und is in nahrut ganz vortert*



Cum quibus ipse suam posset sufferre senectam	i. Thi. v.
Morte grauescentes & recreare dies	pue. xx.
Improbis inde senem natus caruisse parentem	& xxvij
Sustinet modicum fert sibi presidium,	
Si nimium viuar pater est: sibi tristia fata	p. xxvij
Exoptat natus: mortis et exitium.	
Non prohibere quidem: nulla pietate mouetur	Quid. i.
Pro vita effera: pro senioque patris	meth.
Stulte parens: cur tu nato bona tota dedigi	Leui. 20
Qui te nunc pascit impietate truci.	Deut. i.
At tamen iste diu non viuet: tempora vite	
Nulta nec implebit: morte repente perit:	mat. xv.
Qui patri & matri dignos non prestat honores:	Mar. vij
Nec colit hos quorum sanguine vita data est	ad eph.
Morte mala dignus: reuerenter ferre parentes	vi.
Qui negat: est stygium dignus adire lacum.	pue. xx.
Absolon insignis iuuenis: formaque decorus	absolon:
Contempsit patrem. morte quoque interit.	ii. Re. xv
Quod cham nudasset stultus pudibunda parentis	& xviii.
A patre celesti mox maledictus erat.	Gen. ix.
Sennacherib manibus natorum morte peremptus	
At regnum potuit nullus habere tamen	ii. para:
Balthazar ex merito ducebat tempus et annos	xxxii.
Luctiferos: secuit hic quia membra patris:	thob. iij
Nato sacra dabat senior documenta Thobias:	
Vt matrem ingenti ferret honore suam.	iii. Re. ij
Propterea Salomon rex se de sede leuabat	
Regali: matrem condecorare volens.	
Roma Corylao lueres: penasque dedisses:	Coryla <sup>9</sup>
Si veritus matrem non foret ille suam.	
Vnde etiam Rechab natos: deus ipse probauit.	Hiere.
In patre que fuerant: in quoque matre pii.	xxxv.

In choris sacris fatuos videmus  
 Prauitas oris quibus impudici est.  
 Eliquant nugas. recoluntque totum

Gesta per orbem

*In dem hore madmitz narre ofi stad  
 De vnmitti suarct in madniger madt  
 Sat sthop vnd wagen van dem laude gacdt  
 wan man dar holt einen narren raedt*



# De cauillatōe sacerdotū i choro



c. decet  
de imu.  
ecl. li. vi  
c. cū de  
corez de  
vi. et ho.  
de.

ad ephe.  
liij.

puer. v.

Nota  
dormen  
tarium.

In templis fatuos plures nunc esse videmus:  
Stultorum in sacris stat quoque turba choris.  
Qui nugas spargunt varias / & murmura lingue:  
Atque cauillantur vocibus assiduis:  
Consilium capitunt: quo narrogonia fluctus  
Peruolet Ionios: plaustraque lata parant.  
O quales ritus seruat nunc sanctio quondam  
Ecclesie: o leue quā continet illa decus:  
Nil agitur totum rigido mauorte per orbem:  
Accidit externis nil quoque grande locis:  
Quod non in sacris recitetur sedibus: ad que  
Peruolet extremos vltima fama choros.  
Prælia gesta quidem fors in regione Britannæ  
Præliaque a thurco pontica gesta truci:  
Illic narrantur: quoniam reuerentia nulla  
Diuini cultus: nec pudor vllus adest.  
Discurrit baculo quoque dormentarius albo:  
Et noua multa refert / per loca cuncta thori.  
Sepe matutinas / rerum nouitate relata /



Incipiunt: nugas commemorantq; nouas:  
 Hōc rumore solent totum consumere tempus  
 Soluere quo docuit cantica sancta deo.  
 Feruor auaritie multos ad limina templi  
 Conuocat. ob nummos carmina rauca canunt  
 Tutius vsq; foret sacros vitare penates:  
 Q̄ sic sacrilego polluere ore choros.  
 Extra stare velis potius sacra limina templi  
 Si placare deum garrulitate putas  
 Simplicibus prauos mores / exemplaq; praua  
 Presbyteri monstrant: scandala plura mouent.  
 Anne putas tali ritu te posse mereri  
 Presbyter. ecclesie / & dona sacrata deo:  
 Nam precibus votisque piis laudare tonantem  
 Conuenit: hinc nugas pellite ab eade sacra.

Sordida laus semper proprio que prodit ab ore:  
 Hanc sapiens refugit  
 Efficit & fatuos pomposa superbia plures  
 Tartara quos rapiunt

glo. c. si  
 de de.  
 nō ref. li  
 vi.  
 nec. xij;  
 Eccī. xxi  
 xvi. q.  
 vii. et  
 hoc dixi  
 mus.  
 actu. xij.  
 xxiii. q.  
 i. oibus.  
 & c. q̄re  
 ex sola:

Q



Gede homodich is and doet pt loien  
 and nel ob gerue pttin bolen  
 Den sith de duuel op synen bloien  
 And moeth dar tho in sinen ouen



# Superbie ostentatio

Iudithi ix Efficit & fatuos infana superbia multos  
ps. xc. & Quos vehit in nostro carmine cymba leuis.  
cxxxij. Est vitium sceleris plenum / & cunctis fugiendum  
puer. vij Sordibus excedit crimina queq; suis  
ecc. xi. Prim' apud sup os nauem hanc fabricauerat olim  
esa. xliij. Nequitie inuentor perfidieq; pareris  
thob. iij Qui genuit fatuos quosdam: fatusq; superbi  
iaco. iij. Progeniem: ponens se procul ante deum  
vi. q. i. Corda rapit quorum pompa superbia: iactant  
imitare. Qui quoq; / quod studio non meruere suo  
xii. q. ij. Dicit enim fatuus me docta Bononia pauit  
glia epi Artibus: & sophie dogmata culta bibi.  
In fine. Hinc dignus prima mereor conscendere sedem  
pegrina Atq; inter daros continuare locum:  
tio n' fa Alter in argiuis ludos celebrasse palestris  
cit medi Se iactat: nouit vix elementa quidem  
cu. n' la Si cuperes sacre suauissima dona Minerue  
ars loco Carpere: sufficeret theutona terra tibi:  
discit vt Pascit & egregios iuuenes Germania pugna:  
ait Sen. Eloquij quorum nunc monumenta vigent.  
iohel. ij. Hinc tumida debes non mente superbior esse:  
ecc. x. et Vidisti externi q' loca magna maris.  
xxvij. Sed quia principium vesana superbia cepit  
Luce. x. Hanc fugiat sapiens. effugiatq; bonus:  
Lucifer aetherei darus cōfessor olympi  
Candor erat cuius mirificusq; nitōr:  
Corruptus fastus: coeli contemnere patrem  
iob. xl. Audet: tartareas merlus iniuit aquas  
puer. xv Hunc sequitur pompa cohors ad tartara nigra:  
ps. xvij. Ad stygias vndas turba superba ruit  
sapiē. v. Lucifer & socii: fatuis nunc retia ponunt  
pu. xliij Inflatas animas cum quibus vsq; rapit.  
iob xxvi Virtutes cūctas / moresq; / superbia sola  
ecc. xi. Destruit: indecores hec facit esse viros:



Fœmineū in primis genus ampla superbïa vexat

Qua se continuo vestit / & vlcq; polit.

Fœmina quã fastus tumidus rapit atq; superbus

Seducit multos; insipidosq; facit.

Adsit in exemplū ludith; qua dux Holofernes

Interijt: quibus sc̃mina casta foret:

Iesabel vngebat faciem vultumq; fucabat:

Dum putat insigni posse placere Iehu

Est mulier vitanda procax; sapientia clamat.

Lasciuus oculis pectora casta necat.

Fœmina vera humilis titulos sc̃ciatur honoris:

Laudibus & fruitur femina casta bonis

Bersabee si non nudasset crura venusta

Rex dauid; facinus non subiisset atrox.

Plures seducit fastus; mentisq; superbe

Gloria: que fatuos iam sine fine parat.

At deus omnipotens mentes animosq; superbos

Fastidit: poena persequiturq; graui.

Fœlix cui nondum vesani gloria mundi

Imperat: aut qui non ambitione cadit.

Cogitat æterni que sit possessio regni:

Angelici lapsum cogitat atq; chori.

Rebus in externis nil sordida nomina querit:

Contentus paucis; & moderata colit.

Luciferi casum fatui experiuntur inertes.

Precipitant stygiis corda superba vadis.

Dū sibi / dūq; suis; choreq; Dathanq; Abyronq;

Officium vsurpant: ferreq; thura parant:

Scandere dum fecit: vesana superbia stultos:

Deglutit viuos terra; reclusa viros.

Quos vsura vorax rapit / & malus ardor habendi:

Ad naues fatuas properent / strictosq; rudentes.

Hi sunt qui spoliant inopes; hi foenora iactant:

Vendunt; rursus emunt; rapiunt sed mercede dolosa

*Geup woler stes sinen heil* Q ii

*Geu is sin selegantz wol xcel*

*vnd huff mit godde nem drel*

*Ge is des dunckls gantz vnd heil*

puer. xi.

Eccs. vii

ecc. xix.

puer. v.

holofer.

iudit ix.

ies. iiii.

regū. ix.

ecc. xiii

pu. xiiii

ecc. xxv

ii. regū.

xi.

ecc. x.

iohel. ii.

nu. xv.

thob. iiii

job. xli.

esa. xiiii.

nu. xvi.

ps. cv.



# De vsurarijs et foeneratoribus



puer. xx  
Luce. vi  
inno. iu  
c. id vsu  
Bald. in  
autē. hec  
C. eo. ti.  
xiiij. q.  
iij. p. to.  
c. i. de  
emp. &  
ven.

deutro.  
xxij.  
exo. xxij

Peior adhuc superest: fatuorum & turba probrosa.  
Quam cupiunt satyri dilaniare canes.  
Est nimium mendax: est sordida & turpis auara  
Fit nullis opibus hec satura innumeris.  
Pestiferam hanc turbam iuris torquere potestas  
Debet: & ad meritum perdere supplicium  
Digna quidem flagris: rapidissima turba peculi  
Nudare exutos impietate studet.  
Atq; avidis nummis cumulat frumenta: merumq;  
Frugibus aggestis horrea plena facit.  
In cella atq; penu spumantia vasa phalerni  
Continet. & ceterem / & grana vetsita nimis  
Sola tenet frugum / vini quoq; pessima turba:  
Cuius innumeris q; satis vsq; foret  
Nil metuit superos: nil fulmina dira tonantis:  
Per scelus atq; nefas sordida lucra parat  
Parturit illa famem foedissima turba sitim q;  
Et plures inopes impietate necat.  
Iustior & melior nunc est recutita cateruat  
Usuram quamuis exigat illa grauem  
At magis est foenus tale intolerabile: quod nunc



# De vana spe future luccionis

Nostrates rapiunt: xp̄icolūmq; genus:  
 Pellitur a nostris iudeus finibus exul:  
 Sunt quia cristigenis foenora nota viris  
 O q̄ dura nimis nudos exactio vexat:  
 Nunç homines: inopis perforat hasta latus:  
 Quos trahit vsure questus: lucrumq; dolosum  
 Ardor auaritie quos trahit atq; sitis:  
 Non secunda petunt telluris semina: vites  
 Exoptant steriles: vt fluat inde fames.  
 His quia frumenti: rerum est & copia cornu:  
 Mox rident: si fors culmina grando ferit.  
 Sunt spurci penitus: qui turpia lucra requirunt  
 Alterius damno: diuitiasq; legunt

luce. xix  
 ps. lxxi.  
 ec. xxvii

Rebus in externis est qui successor haberi  
 Sperat: & alterius de funere gaudet acerbo:  
 At sepe ante illuz mortem pregustat: & is quem  
 Ad tumulus deferre putat: sepelitur ab illo.

xiiii. q.  
 .iiii. nec  
 hoc & c  
 se. et. c. q  
 cunq;.



Quis satuos tolerare queat quos ardor habendi

Protinus insanos: insipidosq; facit:

Q iii

Mannich smen sin ho stelt  
 von ho moge eruen frommedt gelt  
 dat om doch selden wert getelt  
 vud is om doch nicht van godde eruoelt



# De vana spe future successionis

Qui cupit alterius rerum successor haberi  
Et bona nancisci / qui cupit alterius  
Expectet fatum: quod dissolutio vite est  
Successor fieri qui cupit alterius  
Sed quia mors hoim manibus non ponitur vllis  
Cernimus hos fatuos sepius ante mori.  
Alterius mortem sperantibus: accidit inq̃  
Sepe prius mortem vt precipitanter agant:  
Nōne furor stolidus: mortē sperare propinqui  
Vilibus in rebus heres vt esse queas?  
Spes tua vana nimis: quoniam tua funera nescis  
Te sequitur pedibus mors properata citis  
Narragonū in patriā te preceps ducet a fellus  
Quem trahis: vt fatuos possis vbiq; sequi:  
Spes est que nutrit: spes est que pascit iniquos:  
Spes reficit dominum fallit & ipsa suum  
Quamuis possideas robuste membra iuuentē  
Viuida: sis fortis / sit tibi sana cutis:  
Attamen expectat te formidabile letum:  
Morte cadunt iuuenes / decrepitiq; senes.  
Sepe pater nati' mesti stissima funera luget:  
Ergo spem fatuam crassaq; vota capis.  
Rex priam<sup>9</sup> natos fortes occumbere vidit  
Quos tamen optabat tunc super esse sibi:  
Absalon egregii dum sperat scepra parentis:  
Non dum maturus funera mesta dabat.  
Heredem quandoq; facit: mors pallida: quem non  
Sperabas: fatuos fata futura latent:  
Non super humanis rebus / spem ponite vestram:  
Sperandum est soli viuere posse deo  
Spes ea stulta nimis / semper sperare caduca:  
Et non quo tandem sistere sine velis  
Qui diem festum meritis decoris  
Non colit: tractans auidos labores  
Simee currum fatuamq; rhedam

Sande' debet

Thodei Gerben ein istli ist al gar n  
van funden und abeidi ganz vsthan  
am dem vuerberge beiden fize und man  
Vile gester und narren golden hie nioz fan





Proh pudor in cecis nunc gens humana tenebris  
 Ambulat: & sani nil modo cordis habent.  
 Est data christicolis supremi gratia regis:  
 Ut noscant fidei per documenta deum.  
 Electiq; deo sint: ad sua regna vocat.  
 Qui tamen illius dogmata nulla colunt.  
 Sancta fides cultu nunc flaccida facta pudendo:  
 Vix specimen priscum continet atq; decus:  
 Pontifices sancti ferias statuere solemnes  
 Festaq; sanctorum / sacrificiosq; dies:  
 In quibus aeterni resonarent cantica patris  
 In quibus angelicus concineretq; chorus:  
 Sed quia curamus plus vani ludicra mundi:  
 Et plus sordiduli corporis illecebras:  
 Negligimus fidei specimen: ritusq; decoros:  
 Curamus legum mistica sacra nihil:  
 In sacris agimus conuiuia crassa diebus  
 Continuis crapulis coelica festa madent.  
 Ocia cum dantur: ferie & mortalibus illi  
 Non prece nec templis: ebrietate litant.

exo .xx.  
 le. xxvi.  
 ioh. xvii  
 deu. v.

hie. xvii  
 de fer. c.  
 i. & vlt.  
 C. e. ti. l.  
 omes. de  
 con. dif.  
 iiii. c. i.



# Largiri et penitere

Seneca  
ad lucil.  
in epl'a.  
xviii. c.  
placita.  
xiiii. q.  
iiii.

Leuitici  
xxv  
marci. ii  
lohã. ix.

Antea quã festis referatur porta diebus  
Ecclesie: populis ynecta taberna sonat  
Ille bibit stomacho ieiuno. deuorat alter:  
Antea q̃ templi limina sacra videt  
Que non concessis volumus tractare diebus  
In vetito cupimus continuare die.  
Dum serit in templo fidei precepta sacerdos.  
Assum atq; elixum yvinacq; larga glutis:  
Non nisi thuriferas concedis potus ad aras  
Orando iuctas: euomis atq; preces:  
Stulte labor manuum sacris cessare diebus  
Debet: at impositis disce vacare bonis.  
Sabbata sanctifices: cecinit tibi pagina cristi  
Sepositis rebus: hec sacra sola cole:

Qui dolet & meret propter / quod vertere nequit  
Est fatuus: quoniam cura torquetur inani.  
Preterea est stultus: qui dum largitur amico  
Penitet: hic donum perdit meritumq; prophanat.



Se alle dage dar soer op dencket  
Dat he vele ganc heeft zoer schencket  
Se wort niet smitten sghen dwinget  
Vud is niet der narren lappen besinget



# Largiri et penitere

Quid sit largiri: quid sit donare docebo.  
 Virtus magna quidem est: si pietate facis.  
 Mentibus humanis gignit solatia leta  
 Hec virtus: si quid dexteritatis habet:  
 Munera qui placidis manibus largitur amico:  
 Donat & emerito premia digna viro  
 Laudibus egregijs / fama est cantandus & acris  
 Is virtutis item nomen habere potest:  
 Ille tamen fatuus: qui cum largitur amico:  
 Penitet hunc missi muneris atq; dati  
 Sepe etiam donat hilari non mente bonaq;  
 Pallor at in facie / tristitiesq; sedet.  
 Atq; datum propter / fatuos euellere crines  
 Audet: & impropereat que dedit ante / cito:  
 Munera perdit iners: nam grates soluere nemo  
 Huic cupit: ingrata qui bona mente facit.  
 Ille tamen peior: pro christi qui dat amore:  
 Penitet atq; operis: muneris atq; cito:  
 Quippe deus fatuo non semper premia: mox ve  
 Transmittit: sapiunt libera dona deo:  
 Nam deus omnipotes hois nil munera curat  
 Ast animi donum pensitat ipse pii.  
 Leticia vultus / inopi qui donat amico:  
 Largiturq; bonis ex pietate viris:  
 Consequitur laudes: & grates semper habebit  
 Optima de grato munera corde fluunt.  
 Pungimus interea fatuum quoq; munera semper  
 Qui capit: ingratus attamen vsq; manet:  
 Spurcius nihil est ingrato: nil quoq; peius:  
 Hoc vitio rapitur maxima turba hominum.  
 Vir bonus & sapiens grato cito donat amico:  
 At studeat gratas ille referre vices.  
 Si donare velis: fluat hoc ex corde benigno:  
 Sic dabitur meritis gratia prompta tuis.  
 Desidie vitium toto dominatur in orbe:  
 Corporis accidia & nunc genus omne premit  
 Corpora seruorum torpent / fugiuntq; labores:  
 Somnia agunt vetula: sed precium accipiunt

i. ge. 40.  
 xxij. q.  
 vi. ex his  
 oibus.  
 eccl. xii.  
 iob vlti.

ad hebre  
 os. iij.  
 Ecclesi.  
 xviii.

Ecc. xx

ecc. xxv

can. viii  
 ecc. xiiij

puer. iij  
 ecc. iiii.  
 p. xxvij

Tullius  
 in offi.  
 sapi. xvi  
 ccc. xxix

ii. ti. iij.  
 lu. vi.

R

Trachtet nit man in allen gyltlichen  
 vorrich in demst mageden und knechten  
 Onse hoien inth manigk de gyltlichen  
 Id behorde ste and zo man frid bebrichten



# De accidie vitio



Torpor sit quis mentis petulantior: atq;  
 Intolerabilior: frangat & ingenium:  
 Corporis accidiam vitium sed grande putamus  
 Ex cuius gremio proh mala magna fluunt.  
 Quę premit vsq; adeo torpenti in corpore langor  
 Accidie, aut cuius marcida membra iacent:  
 Desidiam propter nequeat q; voluere cura:  
 Sed patitur lassos /ignis perire pedes:  
 Est fatuus vecors / & nigro stigmatē dignus  
 Prestet vt exemplar desidie vsq; sure.  
 Desidiosus homo cunctis incōmodus horis  
 Luminibus fumus ceu malus esse solet,  
 Assidue solitus flammās seruare camini:  
 Obstat enim sibi met solus vbiq; piger.  
 Foelix qui iusto exercet sua membra labore:  
 Et manibus panem queritat vsq; suis.  
 Sed deus hunc punit tormento sepe cruento.  
 Premia largitur deus optimus ampla labori  
 Non is manducet quiq; labore caret.

puer. vi.

sap. xv.

puer. xv

pu. xviiij

puer. x.

eccs. x

puer. xx

puer. xxi

lob. v

eccs. ii.



# De extremis et infidelibus fatuis

Accidie vitium metuenda pericula mundo  
Intulit: ad facinus principumq; dedit.  
Rex David torpore graui / & cum deside vita  
Factus adulter erat / atq; homicida simul.  
Roma labore vigil / fregit chartaginis arces:  
Desidia interiit Roma / subinde cito:  
Postq; militia & belli sudore vacabant  
Romani: & nusq; bella vel hostis, erat:  
Accidia & luxu / robur Romana iuuentus  
Perdidit: hoc cecidit / inclyta roma modo.  
Nam prius externis pugnisq; & Marte feroci  
Pacebat fortes bellica roma viros.  
Sed postq; luxu fracta est: veneric; parentans  
Illecebris / vires perdidit illa suas.

ecc. ii.  
ii. tel. iii.  
ii. reg. xi  
aug<sup>o</sup> de  
roma

appian<sup>o</sup>

onidius  
in fal.

Hic posui externos fatuos / qui nomina gestant  
Stultitię nostrisq; fidem insipientibus addunt.  
Quamuis non digni nobiscum soluere nauem.  
Sunt tamen ad sortem puppis numerumq; vocati.  
R ii



Wie bringe ich noch viel narren tho samen  
De wechtliche dragen der doren namen  
Went ander narren ist dussel sthomen  
Dusse beiden de hopen wedder ny de bawenen



# de externis et infidelibus fatuis

Ecce sed externi fatui sub sellia ponunt  
 eccf. x Ut possint picte nauis habere locum.  
 ii. co. iiii Insuper occurrit fatuorum maxima turba:  
 sap. xiiii Que pene & terras & freta cuncta tenet.  
 i. cor. vii Quos ideo externos reputo / quia sunt procul extra  
 Septa dei: & veram catholicamq; fidem  
 Negligere hos potui: tenebrisq; relinquere: quid nam  
 Ad nos de fatuis quos foris error habet:  
 Sunt adeo ceci: nullo medicamine possunt  
 Sanari: vt linquant quos coluere deos.  
 Liberius fuerat gentes transire silendo  
 Sordifluas: quarum pectora demon agit.  
 Tantus ite numerus: tanta est fera turba cohortesq;  
 Stultorum fidei que sacra iura negant:  
 Vt nequeat cunctos parui membrana libelli  
 Complecti: sectas est meminisse satis.  
 tharci Thurcoru gens pria locu stultos tenet inter  
 saraceni Atq; Saraceni: Tartareiq; canes.  
 tartari. Quos Mahumetane legis tenet impius error:  
 Africa quo tota est capta: Asia atq; potens:  
 Magna quoq; Europe iuncta est modo portio: nauis  
 Scythę Quā mō nostra vehit: Sarmaticosq; Scythas.  
 bohemi Secta bohemorum fidei ludibria tractat:  
 morauī Et Morauis nolas stultitię illa dedit.  
 Qui merito in prima fatuorum puppe locantur:  
 Stulti etenim ignaui dogmata falsa colunt.  
 Praga Pragensis schola precipue / que fulguris instar  
 Decidit a summo / sponte sciensq; gradu  
 heretici Cōmemorasse velim cunctos qui dogmata falsa:  
 Ararumq; colunt vana ministeria:  
 Nostra quibus sacra religio veneranda fidesq;  
 Censetur mendax / falsa / prophana / leuis.  
 xxiii. q. Inter eos fatuos memorem quoq; morte cruenta  
 placuit. Aut laqueo frangunt: qui sibi sponte gulam:  
 Vos o christicole proceres / ex corde precamur  
 Qui manibus vestris fidei monumenta tenetis:  
 Consilio magno / rerum perpendite casus.  
 Et mihi stultigeram: quam monstro: relinqui te mittā.

*By heren vorsten groet vord blein  
 An dencket dat genutte Inped gemein  
 wilt mich Inwen mit allen au sein  
 laet mij myne narren loopen allen*





Dum meditor lapsus: quales respublica christi  
 Perfert: & fidei damna verenda sacre:  
 Innumeris cogor lachrymis propere ora rigare  
 Et gemitu sortem plangere sepe grauem:  
 Luciferis: deceat contundere pectora palmis  
 Feraliq; tuba grande fugare nefas:  
 Nemo adeo durus: nemo tam saxeus vsq;  
 Qui non hos casus lugeat atq; fleat.  
 Ecclesie videat cum sic decrefcere sedem:  
 Quandoquidem in lapsu sacra cathedra iacet:  
 Roma caput mundi nutat y tremit atq; labascit:  
 Debilibus vehitur fors modo nostra rotis:  
 In miseroc; gradu christi respublica passim  
 Fluctuat: & subita mobilitate fremit:  
 Dogmata no solum fidei: legesq; sacrate  
 Decrescunt. sed enim sanctio queq; ruit:  
 In culpa proceres sunt: & torpentia corda  
 Regum qui manibus bellica tela gerunt:

e. bone. i  
 de post  
 prela. in  
 autē. vt  
 iudi. si  
 ne quo.

Roma  
 de qua  
 lactati<sup>o</sup>:

Cā des  
 structio  
 nis fidei



# De fidei catholice

Hi fidei quis dypeum: sceptrum: armaq; portant:  
Lumine sed patulo / tristia fata vident:  
Nemo rapit galeam: nemo iam classica pulsat:  
Magnanimo nullus pectore signa gerit.  
mat. viij Vt modo romanam defendat Marte parentem:  
= Nauicolas Petri ventus & vnda quatit.  
Vna fides christi toto venerabilis euro  
Que potis est cunctos sanctificare viros:  
Nunc titubat: lapsuq; timet: subitamq; ruina  
Et casus metuit precipitanda truces.  
Arma parant contra / peruerse Martia gentes  
Ecclesiam: tumido que trem it acta freto.  
Vix tenet illesam christi respublica sedem:  
Cladibus at tandem: mox quoq; / lassa ruet. ]  
thureus Impugnat Thureus Scythicis primum ortus ab oris  
Ecclesiam Petri / dilaceratq; fidem:  
Mahu- Impia iura dedit Mahumetus pseudo propheta  
metus Gentibus in modicis legifer ille fuit:  
Pestiferas totum sectus diffudit in orbem:  
Arabia Atq; Arabis primum dogmata falsa dedit:  
Asia Inde Asiam inuertit maiorem / Africa sequuti  
aphrica In sua iurarunt impia verba viri.  
thureus Soldanū Aegypti / Murosq; / & Thartara regna ]  
ex caspi Et cladem fidei / Thurcum habet ille / sacre.  
is moti- Qui Geticis niuibus quondam contentus: & aruis  
bus, Sarmaticis: pontum nunc habet Ionium.  
Thracie Bosphorus at Thracie: septem quoq; regna Trionis:  
Lybia Nec fuerant Thurco regna paterna satis:  
Asia Perdidiimus Lybie gentes. Asiamq; minorem:  
minor Que quondam coluit dogmata sancta patrum:  
hūgaria Europe multos populos amissimus eheu:  
Dalma- Hungarus atroces sensit adesse manus:  
tia Dalmata mortiferos insultus sepe / cruento  
Marte tulit: Thurcos dispulit atq; truces:  
Non tamen auxilium christi de milite sensit:  
Deserimus fidei culmina sponte sacre.



Heu nihil accrescit nobis: sed cuncta labascunt:	
Decrescit virtus: marcet vbiq; fides:	hiere. ix
Tribus in lachrymis quis non hoc flebile fatum	treno. ii.
Planget cesarie dilanietq; suam	grecia
Perdidimus Graios: fidei quos dogmata nostrę	thracia
Continuere diu: perdidimusq; Thraces:	maced.
Subiuga Thurcorum Macedon transiuit: Achiuus:	achaia.
Ceruicem pariter ad iuga dira dedit:	thessalia
Perdidimus Spartam: Thebasq; / & Thessalia tempe	Mysia
Nos Mysias nuper perdidimusq; duas:	Cōstāt
Gallata nunc seruit. noua Romaq; cesare digna	nopolis
Imperium amisit / cum Trapezonte / suum.	trapezos
Quid iurat innumeras chartis memorare ruinas:	
Christicolis pudor est sic cecidisse fidem:	
Oia Thurcus habet: nec enim est contentus in illis	
Quę male possidit: nos quoq; habere cupit.	Istria
Non satis Istricos / Styriosq; / & Pannona rura	pānōia
Tutari a Thurco gens modo nostra valet.	Illyria
Illyrici trepidant: insultus appula rura	Apulia
Thurcorum metuunt. Itala terra premit:	Italia
Vix se defendet fumantibus ætna cauernis	sicilia
Enceladi ceruix: sentiet illud onus:	
Ister & indomita Sueuorum ab origine natus:	dāubi <sup>9</sup>
Thurcorum metuit nunc tolerare iugum:	
Sancta Rhodos defende fidem: mahumetica sacra	rhodos
Dirue: saluificam contuereare crucem:	
Bagiazit princeps: sua gens quem nomine diro	baiazit
Ildrimi vocitant: arma seuera parat:	ildrimi
Horrikeris bellis nostras contendit in oras:	
Et properat sanctam vertere vbiq; fidem.	
Percitus est furiis: facies precincta colubris	
Eumenidum: cordi bacchicus ardor inest:	
Sanguine christicolas laceratq; & morte cruenta	
Afficit / abducit: carcerat / interemit.	esae. lvi
Ista sitis Thurci satiatur sanguine nullo:	ecci. xii.
Marte fores pulsat christicolumq; lares:	



# De fidei catholice

Roma Roma decus fidei: Petri sanctissima sedes  
Ni caueas: lacera fronte capistra geres:  
Euomit en rabiem toruam hec Acherontia secta:  
Et furit: vt laniet teq; / sacramq; fidem.  
xliij. dif. Heu lupus innocuum passim; consumit; ouile  
sitrector Et vorat: infontes dissipat atq; viros:  
& c. es Diripit infantes, matres castasq; parentes  
phesijs. Enecat: imberbes cum senibusq; rapit.  
Torpor habet mentes nostras: precordia marcent:  
Perpetuusq; premit pectora nostra sopor.  
Nos apud indomiti lex est & copia Martis:  
Sunt & magnanimi signiferiq; duces:  
Sunt vires animi: sunt & conamina belli:  
Consilium prudens: ingeniumq; ferax:  
At tamen inmanes patimur: procedere Thurcos  
Perdimus & nostro crimine: sponte fidem:  
c. quis. Dormitant reges / proceres: palinurus in vndis  
de regu. Mortiferis recubat qui caput orbis habet  
iu. i. ati. Dormitat nunc petre tue ditissima sedis  
ps. lxxv. Turba: patet Thurco: dilanianda fides.  
Nau. iij. Nemo vetat sequere trucem per regna per vrbes  
Esaie. li. Hostem: sponte sua quisq; perire cupit.  
Europe magnam partem perfregit habetq;  
Ex tenuat nostram victor vbicq; fidem.  
Thurcorum rabiem iam crimina nostra merentur  
Ob scelus atq; nefas poena luenda venit.  
Quidi? Diuitias colimus: nummis componimus aras:  
& i. phe. Exulat & virtus: exulat alma fides:  
grego. Auri sacra fames: rerum quoq; vana libido  
ecc. xiiij. In poenas meritas pectora nostra trahunt:  
Io: xix. c. Coelica pulsa quidem terras astra reliquit:  
i ter qua Et partem imperii nunc sibi quisq; rapit.  
tuor de Olm Roma potens: patres / fideiq; sorores  
mai. & Quatuor elegit: cum quibus esset honor:  
ob. c. ni. Sacratas solymas: vibemq; a nomine dictam  
mis de Fortis Alexandri: & vibs simul Antiochi  
priuile.



Quarta foror Cōstantis erat noua Roma: sed omnes  
 Has premit imperio turba nefanda suo:      cōstanti  
 Gentiles iterum sekte: pseudocq; prophete      nopolis  
 Exurgunt nostram contaminare fidem:  
 Nemo vetat: rigidis sunt pectora nostra tenebris  
 Subruta: christocole lumina ceca gerunt.  
 Hos merito lapsus ob crimina nostra seueros      leu. xxvi  
 Nunc patimur: christus denegat auxilium      puerbi.  
 Maior in immani nunc est reuerentia Thurco:      xxviii  
 Maiori cultu dogmata falsa colit:  
 Quā nos christicole legemq; fidem beatam:  
 Fœdera rupta cadunt: pax quoq; nulla malis  
 Impietas: vsura placet: spoliūmq; bōnorum:  
 In ciuem ciuis: filius inq; patrem:  
 Quilibet alterius gliscit contingere terras:  
 Eicit atq; alium / sede locoq; suo.  
 Christicolas proceres vexat concordia discors.      pu. xvii  
 Priuata vtilitas vertit vbiq; fidem.      hier. xv  
 Mirandum non est igitur q; perdimus vrbes  
 Innumeras: terras / regna vetusta simul.  
 Nil restat: Thureus marrem mox ducet in oras  
 Nostras: nil Thureum classica nostra vetant.  
 Porta patet: via facta palam. Roma in lyta Roma  
 Vix tandem euades: seua procella venit,      romane  
 Condidit initio te rex: te consul adauxit:      vrbis  
 Mox tetigit summos vertice Roma deos.      p̄cipia  
 Cesareis tandem sceptris subiecta: sed inde.  
 Libera facta nimis: mox quoq; scepra ferēs  
 Nemo vetat: minuitq; fidem iam noxia culpa  
 Nostrorum scelerum: cōscia poena subest:      ad hebr.  
 O proceres latii: tuq; o Germania fortis:      viii.  
 Vos rigidi galli: pannoniūsq; feror.      E phorta  
 Et tu papa facer: Christi defendite nomen:      tio.  
 Bellica victrici strin gite tela manu.  
 Inter vos pietas: sit pax / constantia / firma  
 Sacra fides: neq; perpetuatus amor:



# De fidei catholice et imperii inclinatioe

Vnus & assensus: concordia fida: manusq;  
Iuncta sit: arripiat quilibet arma cito:  
Possumus e nostris procul hinc expellere Thurcum  
Finibus: & christi sic stabilire fidem.  
Spes tñ est nostris firmissima gentibus vna  
Q; sceptrum imperii Maxmilianus habet:  
Afflictis poterit solus succurrere rebus:  
Et solymas propria nunc reparare manu:  
Viribus Alcidem superat: precellit Achillem  
Cesaris / hoc vno est principe: fama minor:  
Nil mihi Pompeius magnus: nil sylla: camillus  
Laudandi: mea laus Maxmilianus erit:  
Cesareo dignus princeps diademate: sedem  
Ecclesie firmet: imperiūq; sacri:  
Victrices aquilas: victritia signa per orbem  
Constituet: Thurci dissipet atq; minas:  
Mox solymas: signumq; crucis: tumulumq; sacratum  
Restituet: regi cælica turba fauet.  
Sed vos Germanos proceres / gentesq; potentes  
Admoneo: precibus inuigilate meis:  
Quandoquidem latii dominos dormire videmus  
Ausonidum torpent: membraq; lassâ ducum:  
Dormitant Siculi reges: gallusq; superbus:  
Ecclesie dormit negligit atq; cohors.  
Cuncta videmus enim / scimus quoq; / possumus atq;  
Nec volumus: cunctos sponde perire iuuat.  
Ergo per immanes ducatis classica gentes:  
Addite to: peio corpora victa iugo:  
En vobis aderit presenti numine christus:  
Cœlesti franget impia castra manu:  
Maxmilianus adest: quo maior tempore nullo  
Rex fuit: a digno stemmate sceptrâ gerens:  
Inuideat quicumq; velit: non iustior illo  
Principe: non illo darior vllus erit:  
Cesareum profert vultum: in ceruice nitescit  
Maestas: mores nobilitatis habet  
Fraudibus attentat nihil hic: quicq; ve dolosum

maximi  
lian<sup>o</sup> im  
pator sã  
ctissimi  
romani  
imperii

apostro  
pha ad  
germas  
nos

apocal.  
xvii.  
maximi  
lian<sup>o</sup> rex



Concipit: at plano tramite vita meat  
 Hunc non insani fastus: sed candida virtus  
 Eleuat: hic solus foedera pacis amat  
 Inuideat quicumq; velit: hoc principe sancto  
 Possumus in tuta pace manere diu.  
 Liuida corda tacent: quę nutu sepe superbo  
 Impediunt regem / consiliumq; bonum:  
 Exitus hos tandem tristes: tormenta; manebunt  
 Et sua qui cupiunt qui per scelus arma sequi.  
 Nullus in orbe viget princeps qui cesare nostro  
 Sit melior: iussis seruiat ergo suis  
 Quilibet: & capiti nunc vota fidelia sacro  
 Conferat: & domino seruiat vsq; suo.  
 Hoc duce Sarmaticas gentes superabimus: atq;  
 Euxinum pelagus: bistiniosq; lares.  
 Subdolum equum quisquis manibus palpare putabit.  
 Lambere vel discos: blanditq; potentibus: ille  
 Assentator vt est: sequitur sic atria regum et.  
 Nobilium mensas: agit & fatuum parasytum.



De mi kan stien dat wak pert  
 De is to houe less vnd wert  
 Went godane men dar begerit  
 Vnd wert van velen narren geeit



# De assentatoribus et parasitis

- rrii. q. Molior his etiam fatuis adiungere dassem  
 c. xxv Per mare qua vehitur aulica turba procul  
 glo. xxv Hec etenim propriam cupiens conscendere puppim:  
 dif. c. Rostrate dedimus vela cupita ratis,  
 vnum. Nobilium serui cupiunt sulcare seorsum  
 In turba nequeunt continuare dolos:  
 Prauus adulator solus cupit esse /potenti  
 Cum domino: & solus noscere cuncta cupit.<sup>1</sup>  
 leui. xix His igitur fatuis lembum hunc construximus amplum  
 Ne fraudis, caperent impedimenta fug.  
 eccs. vii. Assentatores pascit nunc curia regum:  
 Primus apud dominum quilibet esse cupit:<sup>1</sup>  
 Alter enim tacitum virus /falsosq; susurros  
 Auribus infundit: illecebrasq; serit:  
 Alter ab excultis /spargas scit vellere plumas  
 Vestibus: & domino complacuisse suo.  
 i. tes. ii. Est alius mulcens sermonem mente dolosa  
 ecclesiast. Prolatum: & fraudem miscet vbiq; suam.<sup>1</sup>  
 xxviii Dulcibus eloquijs /& vano murmure stultus  
 Palpat herum: vt citius vera relata putet.  
 Delectat multos aliena viuere quadra:  
 Diuitis vncta quibus nempe culina sapit.  
 Efficiunt plures mendacia sordida dites:  
 Quisquis adulator primus in arce sedet:  
 Doctus & ad flatu ventorum obducere pallam:  
 ecci. xxi. Scitq; quoq; se cunctis assimilare dolis.  
 Iam datur insignis locus his: qui voce bilingui  
 Per patulas aures spargere verba sciunt:  
 ad ro. i. Multi assentando preconia clara merentur:  
 ps. xl. Nam domini ingentes fallier vsq; volunt.  
 ecci. xii. Nemo iam gratus: nisi qui proferre susurros  
 pl. dist. Nunc tacitos noscit: & noua multa loqui  
 sunt non Sed quia peccatum comitatur noxia poena:  
 nulli. de Calcitrat hos tandem fraus fura /& ater equus:  
 his q; si. Hic animu leuitatis habet /qui credere verbis  
 a ma. c. Omnibus vsq; solet: patulasq; accomodat aures.  
 q; siuit Na nebulo mendax: balatro quoq; /perfida fundunt  
 Verba: parant hominu lites quandoq; molestas.

Id est in turba der nicht ferdubert  
 Dem alle seggen to Se zuen gheet  
 wat dussel picht est gemme deyt  
 Bye. Claffen is fionde recht warheit





Vix ego presentes fatuos ad transtra vocassem  
 Si vicina ratis non petiisset eos:  
 Hoc genus indignum primam nunc occupat arcem  
 In mundo: quoniam credula verba canunt  
 Sed tamen est fatuus: facili qui concipit aure  
 Quicquid multiloqui prodit ab ore viri:  
 Stultitię signum: crasso de pectore profert:  
 Auriculę cuius ad mala verba patent.  
 Stultus enim patulas verbis accomodat aures:  
 At sapiens stulti subdola verba fugit.  
 Magnanimus non est alium qui verberare duro  
 Percutit a tergo: nec monitum ante: ferit:  
 Hic etenim incautus nescit sibi ferre salubre  
 Presidium: in dorso nam quia vulnus habet.  
 Dulce magisterium est verbis nunc prodere falsis  
 Et iustum insidiis deprimere ore virum.  
 Hoc vitium quicumq; cupit tractare prophanus  
 Proditor: iniustus & malefanus erit.  
 Delatoris enim fugiat mendatia quisquis  
 Vivere perpetua cum probitate volet.

eccī. xix

hest. xvi  
 p. xiiii.  
 iosue. vi  
 p. xxiii.

ii. tes. ii.

S



# De falsarijs et

- p. xvij̄ Lingua nocens tacitis precordia casta venenis  
 Inficit: & tremuli conterit ossa viri.  
 Hoc vitio absentis parti turpantur honores  
 Hoc vitio siquidem crimina multa fluunt.  
 ecci. xiii. Heu super alterius causam sententia fertur  
 sap. ii. Sepius iniuste: lex quoq; falsa nocet.  
 ecci xvij̄ Accusatus enim falso: non ante citatus  
 pu. xxix. Tutari causam quomodo rite potest:  
 hest. iiii. Hoc Mardocheum vitio olim perfidus Aman  
 Detulit at tandem premia digna tulit:  
 Credulitas natum Saulis pulsauerat olim:  
 Nam delatoris crediderat vitio.  
 i. mac. x. Magnus Alexander faciles non prebuit aures  
 efa. xvij̄ Verbis: credulitas nam celerata nocet.  
 Alchimia docet fallax: corruptio vini &  
 Quas fraudes hominum perfidus orbis agat:  
 Omnibus in rebus fraudis falsiq; doliq;  
 Cuncta statent vitio: tuta nec vlla fides.



Meister fimsa is hier myt der alchemij  
 De sette oke van dem raime dar by  
 Hand ezels oz in stige is by  
 Effte oke groter besthyt op oke sy



Iam nisi centenas tribuant in carmine voces  
 Castalie: totidem linguas: viresq; potentes  
 Dictandi: nequeam falsos componere stultos:  
 Copia magna quidem est illorum: magna caterua  
 Inde opus est ratibus / plures superaddere classes  
 Ut per longinquas sulcent me remige terras:  
 Et spargant passim merces / fraudesq; dolosas  
 Sed genus est varium quod fraudibus inficit orbem.  
 Falsus amor fallit multorum credula corda:  
 Nempe latens gestat / sub lingua sepe venenum      puer. xi  
 Falsi etiam & ficti nunc inveniuntur amici:      ecci. vi  
 Fraudibus inmixtis qui dulcia queq; loquuntur:  
 Que longe a vero & sincero pectore distant.      Ecclesi.  
 Consilium falsum largitur premia multis:      xxxvii.  
 Decipiunt multos simulata & credula verba      puer. xii  
 Nemo comunes res curat: publica facta      ecci. vii  
 Marcent & in propria: mentimur: comoda passim  
 Germanus fratrem: fallit natusq; parentem.      ouidius  
 Aut fraudare cupit: nullum est iam pignus amoris  
 Religio falsos cultores sustinet: atq;  
 Clericus: & monachi hipocrisi / falsisq; laborant  
 Mentibus: exterius redolent: sed sub cute quid non:      mat. vii.  
 Atq; lupi plures ouium nunc velleram portant.  
 Simplicitas extra fulget: sub pectore vulpis:  
 Contaminat totum: & nunc falsa pecunia mundum:      eze. xiii  
 Argentum minuunt: miscent quodcumq; metallum      luc. xiii.  
 Auri confundunt speciem: gemmasq; dolosas      pu. xvij  
 Pro veris vendunt: nummus sua pondera nescit.      hier. v.  
 Est fraus in numero: mensura / & pondere rerum:      & vii.  
 In vino fraus est: merx est nunc omnis iniqua.  
 Nulla fides hominum: fraudes sibi quisq; latentes      ecclesi.  
 Tractat: & in rebus fallacia nomina querit.      xxvii.  
 Coelix ille quidem est: qui fraudes effugit omnes:  
 Pauci inq; fidi nunc sunt: minimiq; fideles:  
 S ii      pue. xx:



# De antichristo



Antichrist ghesellen de faren dar hen  
de peltrop & grot wud nicht klein  
Ein seluck kan mich to bere tho sen  
De falschen waren sint: de is men



Iam nauem celeri cursu premisimus altam:  
 Qua vehitur tacitis fraudibus acta cohors:  
 Nauis adhuc plures circum subsellia currunt  
 Stulti: qui cupiunt soluere vela manu:  
 Qui sint: & quales q̄ plures forte requiris:  
 Quos coner meritis dilacerare notis:  
 Pace loquar: ne fors verborum turba malorum  
 In teneram pergat tendere tela ratem:  
 Christicolas falsos refero: pseudoq; prophetas  
 Qui christi / falso pectore / sacra colunt.  
 Quiq; aliter sacras leges & dogmata versant  
 Quertus planus edocet atq; sonat.  
 Clauigeri petri nauem / lacerosq; rudentes  
 Frangunt: remigiū dilaniantq; sacrum:  
 Fluctuat ergo ratis tumidas agitata per vndas:  
 Inuastoq; freto naufraga vela iacent.  
 Interpres falsus: leges / & pseudo propheta  
 Diuinas violant: contaminantq; fidem:  
 Nec sese tantum falsis erroribus implent:  
 Nec propriā in faciē dogmata spurca vomunt  
 Decipiunt alios: & legum semina spargunt,  
 Passim: sed tales noxia poena manet.  
 Sunt nobis fidei lepido monumenta nitore  
 Prestita: quę mentes saluificare queunt  
 Planaq; sunt: verbis non interfusa dolosis:  
 Non fraudes: legum pagina sacra: tenet.  
 Multorum mentes trahit at nunc ambitiosi  
 Consuetudo mali: nominis atq; labor  
 Quos & doctrine premit arrogantia parte:  
 Obscurant hominum pectora: nuda malis,  
 Scripturas: sacras aliter q̄ pagina cantat:  
 Exponunt: illos gloria vana rapit,  
 Nonne satis fuerat te intellexisse sacratas  
 Leges: atq; alios his superasse viros:  
 Concupisat cultus diuinos / more sinistro  
 Voluere: mutatur (te duce) nostra fides,  
 Spūs aetherea quondam dimissus ab arce

deu. xiiij

mathei |  
 xxiiii.  
 Marci  
 xiii.

ac. xxvii  
 pu. xxx.  
 mar. i iij  
 mat. vii.

apoc. xx

ii. ti. iiii.  
 ix. di. q̄s  
 nesciat.

ii. pe. iiii.  
 mich. iij

xxiiij. q.  
 iiii. here:  
 xxxviij.  
 dif. re'a.  
 & c. v̄io

S iij



# De antichristi

- xxv. q. i. Protulit ad nostros hæc documenta patres  
nō affe ramus Hi falsam trutinam manibus gestare videntur:  
Dogmata qui falso sacra docere solent.  
Hoc leue nunc faciunt: nunc illud pondere magno  
Penfant: sic sacram voluimus vsq; fidem:  
Ezec. ii. Qui sic defraudant fidei pia dogmata nostrę:  
Nunc antichristo preuia castra locant.  
Thesurosq; parant: quibus insatiabilis error  
Ad se prauorum pectora victa trahat.  
i. iohā. i. Conuolitant multi Antichristi signa ferentes:  
Qui tentent sacram contaminare fidem.  
Qui falsas etiam secum dispergere leges  
Per mundū properent: falsidicosq; deos:  
His neq; verberibus tracti / seuis: ve flagellis:  
Sponte sua illius quisq; satelles erit.  
ecc. x. Abducet fatuos funesta pecunia multos.  
Quos Antichristi libera dona trahent.  
Adq; ministerium plures mercabitur ille:  
Tam foedum nummis: fraudibus atq; malis:  
Sed non durabit longeuo tempore classis  
Illa: sed in tumidis fluctibus acta ruet.  
apo. xiii Corruet & cantus rhedarum / & plaustra quiescent:  
Et veri remanet lex & honesta fides.  
Mar. iiii Nauiculam petri tempestas turbida iactat:  
Et quatit extructam: dira procella ratem:  
Et titubat malus: titubant quoq; carbasa celsa  
Ne ruat exitio: puppis operta graui:  
Scripturas sacras interq; pretamur iniquo  
i. iohā. i. Dogmate: veridicam mergimus vsq;  
ecc. ii. Ipse Antichristus spatiosum misit in orbem.  
ii. ioh. i. Cursores celeres: qui sibi castra locant:  
Et falsos fidei cultus: & semina spargant  
Preuia pergentes: christicolasq; viros.  
Id quod presenti volumus sermone notare:  
Nam tria sunt: fixa est in quibus alma fides:  
Gratia pontificis que sacro funditur ore:  
Que tamen ad nihilum / spreta / redacta iacet.  
Copia librorum: qui falso interprete marcent:



# Veritatem obticere

6

Atq; bono legis expositore carent.  
 Sunt & doctrine: quibus & nunc gloria nulla  
 Præstat tenebras discimus vsq; meras.  
 Copia librorum totum est iam sparsa per orbem:  
 Pauperis & libros bybliothea tenet,  
 Nemo tamen veri sinceræ diligit artes:  
 Dogmata nemo colit nunc nisi solus inops,  
 Nobilibus pudor est doctos versare libellos.  
 Heu laceris Pallas meret ubiq; comis  
 Gloria nulla datur studiosis: premia nulla  
 Incassum studii perditur vsq; labor.  
 Tempus adest: venit tempus quo pseudo prophete  
 Omnia subuertent: tpa praua patent.  
 Quisq; amore / metu / pretio atq; favore / minis ve  
 Non loquitur verum sed benefacta silet:  
 Qui populo vt placeat: supplantat vera palato.  
 Hic Antichristi / cursor / amicus erit.

e  
 pl  
 xciii. a.  
 legim?  
 p. xliii.  
 eccs. ii.  
 hier. xlii  
 eccs. vii.  
 eze. vii.



Est animus multis sincerus: mensq; parata  
 Vt possint leges christi verumq; fateri:  
 De doch leuff bosen vnd dran wort  
 De warheit settet an emen ort  
 Vnd sprichet plachto dat slychigen hort  
 Di bloppet fast vor antichristes port



# Veritatem obtinere

- xii. Blanditiis tamen hi: verboq; aliquando minaci:  
o.i. Terrentur:linquuntq; boni conamina veri.  
Non recte sapiunt qui veri dogmata: amore  
Abscondunt:trepidantq; minas:terrena potestas  
Est minor athereis rebus /iussuq; deorum:  
actuū. x Ingenii dotes tribuit cui rector olympi  
Infuditq; animum:cur docta mente vacillat:  
Et trepidus veri metuit predicere leges.  
eccī.iiii. Sed quia blanditię multorum pectora soluunt:  
&.xix Donaq; missa verant verum quandoq; fateri:  
Propterea fatuus cōpresso sepe labello  
In populum cessat transfundere dogmata veri:  
Virgili<sup>9</sup> Sed sapiens qualem depinxit musa Maronis  
de viro Impavidus:fortisq; bonum /& predicere verum  
bono Audet:& humani generis trutinare furores.  
Quamuis in siculo crucientur corpora tauro  
Cervicemq; super præceps dependeat ensis  
thob.iii<sup>9</sup> Nam veresapiens non vana pericula mortis  
puer.xii Horret:at in fixo stabiliuit limite vitam.  
Non istū dñs:non verba minantia terrent.  
Sed christi leges infracto pectore promit.  
iohānes Vitabat populi cursus /& vana iohannes  
Murmura:secessus animi querebat honestos  
Hinc deus ad baptismum suum descendit  
puer. ix Blandidulis verbis alium qui corrigit:vnde  
Exemplum capiat vite /normamq; salubrem  
eccs. vii. Si te non audit:si vultu forte minaci  
ecclesia. Aspicit:at tempus veniet quo soluere grates  
xxxvii. Dignetur:laudesq; tibi & benefacta rependet.  
Mundanas propter qui res abscondere verum  
Tentat:& aternis preponit cōmoda rebus  
eccī. xxi. Corporis: hic tenebris morietur stultus in atris  
hiere: li.

Qui vult esse veritatis  
Cultor & beatitatis  
Semper hic aduersitatis  
Sentiet obstacula.

*Ge hoert up des dñiels plan vnd in sine park  
De hinderen doct ein gut werck  
Dat is omich groten narren werck  
Der is to vndogeden ock gerue stark*





Est merus hic fatuus / stolido quoq; sanguine plenus  
 Impediens iustos a bonitate viros;  
 Est aliquis tentans mores componere rectos;  
 Et vitam sacris fortificare bonis;  
 Tu tamen hunc retrahis manibus petulantibus; atq;  
 Propositum tentas contaminare bonum.  
 In promptu ratio est: similes sibi poscit habere  
 Et numero plures / stultus & improbulus;  
 Persequitur fatuus / dignos / iustosq; bonosq;  
 Odit & egregios; deteriora placent.  
 Est studium fatui: multos vt contrahat ad se:  
 Ne solus fatui nomen inane gerat.  
 Consilium prebet falsum: manibus pedibusq;  
 Allicit: & sanos impedit vsq; viros;  
 Inde bonus si vult / positus bene viuere mundi  
 Illecebris: tacita & cui loca sola placent;  
 Continuo exclamat stultus: damnat quoq; iniquo  
 Iudicio iustum: comaculatq; bonum:  
 Esse (ait) ille putat sapiens sibi solus: amatq;  
 Viuere secessu: singula sola placent.

mat. xvi  
 mar. viii  
 p. xxiii  
 ad ro. i.

p. xliij;  
 ecci. xij.

ecc. xx.

sap. v.  
 luce. xii.  
 i. ti. iiii.



# ¶ Initio bonorum operum

In christo & sanctis desperat: gaudia mundi  
 Temnit & hypocrisis hunc malefana rapit:  
 Nos socios inter viuemus: & insuper alti  
 Speramus tandem premia habere poli.  
 Qui bonus esse cupit / christiq; ad regna venie:  
 Audiet a stultis talia multa viris.  
 Vir bonus & sapiens: mundi vitare laborat  
 Illecebras anime & noxia damna fugit.  
 Vana nocet stulti nunc conuersatio mundi,  
 Que ducit cunctos ad scelus atq; nefas  
 Ergo si probitas: si virtus: si bona vita:  
 Non possunt in te forsan habere locum:  
 At saltem iustos homines seducere noli:  
 Parce bono: verum qui / sine / transit iter. ¶  
 Lampades accendunt oleo quicumq; flagranti:  
 Quiq; tenent rutilo lucentes igne lucernas,  
 Dulcia perpetui capient solatia regni:  
 Ianua pandetur simul his pulsata repente

m. xth. v.  
 ii. thi. ii.  
 eccs. vi.  
 & .vij.

luce. xxi  
 pu. xiiii  
 hic. xxix  
 ad col. iij



Eheu precipiti mortalia corda profunda  
 Merita: salutarem quęrite posco viam.

Gedicht ookz recht der narren siet  
 De ny dem weghe de saltheit  
 Vortragt vord dat stille siet  
 He is ein narre of waz he gheit



In tenebris densis mens est humana sepulta	Luc. xiii
Nullus enim superum telu trifulca timet	ps. vi
Vita malis hominum fordescit consita rebus	
Mergimus & tumido sauitia corda mari:	
Quid prodesse tibi poterit / q̄ feceris nilim	
Sinceras operas & benefacta quidem	ad he. xi
Quid tibi thuricremas prodest q̄ struxeris aras:	
Frugum primitias obtulerisq; deo.	Iuce. xii.
Quid prodest iuuenem primos micuisse per annos	
In virtute sacra: & degenerasse senem:	math. x.
Quid iuuat & fidei sacre documenta sequutum	i. q. vii.
Qui non continuat nec benefacta colit:	fuge sti
Cum deus omnipotens extrema iudicet hora	i. reg. xii
Mortales: cunctos & tuba magna vocet:	
Quilibet exacte cogetur reddere vite	i. corin.
Acta: quibus capiet premia digna.	xiii.
Qui cupit extinctas oleo accendisse lucernas	
Mens sua dum nutat spiritus atq; fugit	
Stultus erit speratq; nimis: nec tristia verba]	
Iuditii extremi cogitat atq; timet.	
Si subito moritur sapiens / subitoq; labascit:	mt. xxv.
Mors tamen illius. non miseranda venit.	sapi. iii.
Hic operas quoniam iustas premisit: ad illum	
Quem penes aeterno lumine vita manet.	ecci. xi:
Sed fatuus vecors: cui sunt precordia ceca:	
Iudicii horrendam spectat adusq; diem	deu. viij
Illius aeterno tumulentur membra sepulchro	ad he. ij.
In cineres densos mens quoq; prava ruet.	Seneca.
Proh res mortales sequimur: fatumq; futurum	ecci. vii.
Negligimus: fatuos impia cura rapit:	math. xi
Non deus extrema venientes spernit in hora:	
Intutum / incertum / sed fatuum atq; nimis	ezechie:
Possumus ad dextram palme spectare coronam:	xxxiii.
Ad leuam mitre cernimus auriculas	
Ecce sinistrorsum fatuorum maxima turba	
Pergit: & exitij premia iusta capit.	

Cor worden hant de frone stit  
 De happe tor lochten sident bereit  
 Oc frone dat is de saluheit  
 Oc happe is der doeren kleit

T ij



# De premio sapientie



pu. xliii. O stulti veniam petimusq; damusq; vicissim  
mat. vii. Parcete si vos nunc nostra thalia ferit:  
Iam cano iustitie que premia: quanta sophie  
tob. iiii. Munera largiri constituiq; valent  
Plures sunt: auido studio qui nomina queruat  
Et titulos vanos: famigerumq; decus:  
vide glo Hic etenim titulum doctoris gestit habere  
xliiii. di. Ille magisterij nomen habere cupit:  
i sum. Non vt christigenas doceat: nec dogmata sacre  
Spargat scripture: fortificet ve fidem  
Laudibus at trahitur vanaq; cupidine fame  
Ambulat exese sic quoq; rupis iter:  
Cogitat haud rectas animus quibus imbuat artes  
Abdie. i Que nectar tribuant Ambrosieq; cibos.  
corin. i. Est apud aeternum patrem sapientia mundi  
Nulla: sed hanc stolidam stultitiamq; vocat:  
Plures se credunt ad dextrum pergere cliuum  
Atq; salutarem posse venire viam:  
iud. viii Que per continuos traducit corda labores  
ac. xliiii. Ad sedem aetheream pacificumq; locum:



Sed tamen ob mentis cecas fatuasq; tenebras  
 Ad dextram nequeunt tendere rite manum:  
 Est via stricta nimis: ducens ad regna polorum:  
 Ad stygios ducit latum iter interitus.  
 Amphitritoniam dem magnis imitabere coeptis  
 Si fugis illecebras: visq; videre bonum.  
 Stultitiam quicumq; etenim comitatur: habebit  
 Et vitii & sceleris premia iusta sui:  
 Et meritis sapiens non indoratus abibit.  
 Et capiet fausto premia clara sinu.  
 Sic plato post habitis fatuis / documenta sophie  
 Lustravit: famam & posteritatis habet.  
 Sed modo foelicem nullum prudentia mundi  
 Efficit: aetheream ni colat ille viam.  
 Hic fatuus certe est / qui fortunam male faustam  
 Sentit: & in manibus fata sinistra suis  
 Attamen in casu multum est improvidus isto:  
 Negligit & nunq; quod reparare potest:

luce. xiii

Dio de regno

eccs. vii

Plato de quo hiero. in prologo biblie



Rebu s in humanis q; sit constantia nulla:

Ne c sit certa fides: pei stabilis ve gradus:

T iii

*Ende lew holt man nich wortant  
 Und fort also in schraffen lant  
 Oze sparen nicht woz sie edder sant  
 Wo doch oz reise is nichts bewant*

*Hier doch nament boden dar in gesant  
 Was man aus schiff sebastianus brant  
 Ingeual bumpy manigen in de hant  
 Ein wiese id bet aff mende hant*



# RELECTUS IN FORTUNIA

- col. ij. Hoc monstrat hominum casus & fata caduca:  
puer. xi Hoc te fortunę mobilitasq; docet.  
sap. iiii. Nam res externe foelicem reddere nullum,  
Possunt: cum fragili conditione ruant.  
Seneca Nulla manus: tantis cum viribus: atq; labore  
horati<sup>9</sup> i Formatur opus: quod non tempore & intereat.  
arte. Sed quia nunc cupio fatuum componere: cui fors  
Displicet instabilis: atq; ruina grauis:  
Attamen inuigilat sitibundo pectore rebus  
Fortunę: cautus nec fera fata cauet:  
hiere. li. Hic non mirari debet si fluctibus altis  
ge. xxv i Et laceris remis mergitur vncta ratis.  
Si tibi principiiis forte infortunia paruis  
Contingunt: tamen hec sunt comitata malis  
Prudentum nobis veterum proueria dicunt:  
Et sunt hec dygito rite notanda meo:  
Quæ mala fors crescat: crescat: crinis quoq; nocte dieq;  
Est fati incertus exitus: estq; grauis:  
Adsit in exemplum rerum mutatio: que fit  
Lapsibus assiduus: fors peritura fluit.  
puer. vii Prouideat tamen hanc qui tutus viuere gliscit:  
ecc. lxiiij Irrepat tacito fors metuenda pede.  
pu. xxiiij Aequora qui tumidi sulcat spumantia ponti  
luc. viii. Audet & in fragili tangere naue fretum:  
ecc. iiii. Est opus vt ventos habeat flatusq; secundos  
esa. xxiiij Ne puppis vastis fluctibus acta ruat.  
soph. ii. Nam fatuus remis rapidas sulcare per vndas  
iob. iiii. Qui nescit: facile hic tristia damna capit:  
sap. xiiij Sed sapiens qui non semper confidit iniquis  
Sortibus: atq; animo fata futura cauet:  
Is poterit foelix rabiem vitare furentis  
Aequoris: & portum prendere naue bonum:

Detrahit insipiens iustis plerumq; maligno  
Ore: ligans nolam gutture murilegi.  
Facta sua inde latere cupit: nec nomen habere.

Hinc putat: at tactus clamat ab osse canis:  
Mannich narre de wictet wth yderman  
De sine eigen hopen nicht wth theen team  
He hanget der katten de stollen an  
Vnd wil des wth mein worde han





Gaudia concipiunt: plausus linguaq; manusq;  
 Prudentes edunt: constrepitantq; pede:  
 Quomodo tot fatuos libro collegimus vno:  
 Quos quadriremem struximus arte nouam.  
 Non ad diffames culpas: conuitia: crimen:  
 Carbasa nostra volant: per mare / perq; solum:  
 Nec cupimus calamo vite proscindere famam:  
 Gaudeat at iustus: sed malus intereat.  
 Inde salutaris dedimus medicamina vite  
 Et dedimus morum dogmata culta quidem:  
 Qui leget hec nostri purus documenta libelli  
 Stultitie nebulam & retia stricta fugit:  
 Econtra plures fatuos mea pagina ledit  
 Pingendo nostre quos tetigere manus:  
 Nec tamen audacter mea scripta reuellere possunt  
 Nec temere hec contra / verba proterua loqui.  
 Nec tamen addubito / quin sint qui verberare duro  
 Intendant nostros contaminare iocos:  
 Si sunt edocti: iuueni mihi parcere debent:  
 Cui preceptoris vertere scripta placet.

puer. i.  
 eccs. vii.  
 ecci. xxi

Prece  
 ptorem  
 appellat  
 S. Brat

T iij



# De immoderata

Hos si liuor edax trahit. & turbatio mentis:  
Saltem operi parcant quod bona multa docet.  
Ledere si quosdam nunc pagina nostra videtur  
Discedant taciti: murmura nulla iuuant.  
Sento quorundam criticorum sibila: sed me  
Solantur gracili carmina facta pede.  
Scribimus indocti doctiq; poemata passim:  
Vtilis hec saltem sit mea musa precor:  
Nil fatuos curo: resonant nil cymbala a fello  
Dulcia: tam stolido non sapit illa seges  
Lectores igitur moneo: deponite frontis  
Grande supercilium: perlegite illud opus:  
Cessent & vocis latratus. rancida verba  
Cessent: & placeat quod modo finit opus.  
Obscenos mense ritus depingere fas est  
Illius & fatuos connumerare modos:  
Non pudor in verbis: non est reuerentia mens:  
Porcorum ritus gens modo viuit ibi:

horati<sup>9</sup>



Sperabam fatuis fatis hunc implere libellum  
Et finem satyris imposuisse meis:



Altera turba sed hanc fatuorum scandere nauem  
 Aduolat: & mecum nunc penetrare fretum  
 Non sunt fallaces fatui: quos ardor habendi  
 Aut aliquis questus ad mea vela trahat:  
 Sunt tamen obsceni fatui quos impius usus  
 In tabula pascit absq; pudore bono:  
 Irreuerenter agunt /p anesq; & fercula mense  
 More suum bibunt: pocula lata vorant.  
 Castigo in primis solitos continere mensam  
 Illotis manibus: mentibus atq; malis  
 Reddere nec grates: solitos pro munere christo  
 Votaq; pro tantis sacrificare bonis:  
 Sordida labra tenent fatui manente saliuā  
 In manibus crassis stercora spurca gerunt.  
 Ex naso stillant pluuie. nymbiq; madentes:  
 Ex oculis lypis sordida gutta fluit.  
 Maxille squallent: nigra rubigine dentes  
 Sordent: mundities corporis omnis abest  
 Hic sabuli rex est: porcorum more solutus  
 Qui vorat: & grūnit: qui bibit atq; vomit  
 Et vocat ad sortem cereris / donumq; lyei  
 Consortios. quorum pocula plena madent.  
 Ructant: exhaustum donec spumare falernum  
 Possint: & vino sordida mensa fluit.  
 Inq; vicem bacchi madido certamine sese  
 Sollicitant: haustus continuantq; meri.  
 Polluit hic animam ritus: corpusq; lacessit:  
 Assidua est peius ebrietate nihil:  
 Inducit morbos varios. & corpora soluit:  
 Et frangit neruos. contaminatq; caput.  
 O morte turpes: quorsum reuerentia mense  
 Peruenit: vbi nuuc est moderatus honor?  
 Quo Curius frugi. quo parsimonia prisca:  
 Migravit victus quo decus atq; nitor.  
 Quorsum mundities mense cultusq; decorus  
 Heu ritus tabule nunc moderatus abest  
 Est aliud vitiū. tabulam quod more sinistro  
 Turpat: sinceros contaminatq; gradus

i. cori. x.  
ad gal. v

Esaie.  
xxviii.

mat. xv.  
actu. vi.  
xliij. dif.  
p reuerē  
tia. de  
cō. di. v.  
i oibus.

c. a. cras  
pula. de  
vita &  
ho. cleri.

eccj xxxi  
csee. iiii  
luc. xxi.  
pue. xii  
Curius.

luc. xiiij  
pu. xxv.



# De imoderata mēse turpitudine

- Sedibus in primis fatui subsellia ponunt.  
Ieri. xix Sordidulus iuuenis vult prior esse senex:  
Amplius haud primas sedes conscendit honestas:  
Turpibus vsq; viris pocula prima damus:  
Et personarum neq; enim discretio: nullus  
irreuerē Est pudor: & tabulas irreuerenter habent  
tia mēse Cū manibus peccant: cum gutture: cūq; labellis  
Hic offam glutit: ebrius ille vomit.  
Hic dygito primus sordenti fercula mensę  
Attingit: naso conspuat atq; dapes:  
Hic calicem siccatur labris: vacuatq; lagene  
Oenophorum: rursus quod bibit ipse vomit:  
Cantant: & latrant / magno clamore fatigant  
Aera: thyrsiferi & sacra nefanda dei  
Hos furor vsq; rapit. confundit pectora bachus  
In tabulis partes improbus omnis habet.  
Nunc calices frangunt: nunc rumpitur vrceus albus:  
Nunc vitrum emensa cantharus atq; cadunt:  
Sepe manu rapimus: quod gestat tertia mensa:  
Gustamus sapidum: dulcia ferula simul.  
Sardanapalus habet comites: quos foeda voluptas  
Assidue reficit: immoderata placent.  
Sed quia non opis est nostre: depingere cunctas  
Illecebras mensę: stultitiasq; graues  
de sepul Viuendi ritus non est sapientibus vnus  
certi fuz Omnibus: equalis mos neq; cuncta regit  
turi. Nempe aliter Graii viuunt: aliterq; latini:  
Terēt<sup>o</sup>. Quæ viuat ritu theutona terra suo:  
Sauromatas alio victo nunc viuere dicunt:  
Nunc aliter Thurcos: Aethiopesq; ferunt:  
Perfius Sunt hominum mores varii disparq; voluntas  
Sunt varii victas: vita nec vna viget.  
Quilibet in mensa deuinet turpia verba:  
pu. xxx. Porcorum mores pellat ab ore procul:  
ad col. iij. Atq; agat aeterno grates ex pectore patri:  
thob. ii. Exoptetq; sacrum prosperitatis iter.  
esaię. li. Nec diuinus enim nos conditor ipse creauit  
Ad potum atq; cibum: corporeas ve gulas.



Nec sumus iccirco nati comedamus vt vsq;  
 Assiduo aut fument corpora nostra cibo.  
 Sed potum atq; cibum pro vita sumimus: atq;  
 Corporis ad oddium / sanguineosq; lares.  
 Spiritus est anima nostra: inde habitare nequibit  
 In sicco: sedem sanguinis illa tenet.  
 Sed modus est rebus: est & mensura decorq;  
 Quem citra atq; ultra / vita / anima atq; fugit:  
 Iccirco crapula atq; gula / plures moriuntur  
 Quam gladio / aut telis / ingenita / ve nece  
 Curia magnatum / mores quandoq; probatos /  
 Urbanos / dygnos / tradidit atq; bonos:  
 Curia nobilium nunc est corrupta / maligna  
 Ebria / multibiba / garrula / scediloqua:  
 Perdidit atq; vetus nomen / famamq; fidemq;  
 Amplius in toto nec viget orbe decus.  
 Risit Democritus stultos / & inania mundi  
 Gaudia: q; laruis pergeret omnis homo  
 Cynicus econtra casus defleuit in omnes:  
 Et quia tot fatuis terra repleta foret.

i. tes. ii.  
 eccs. v.

xxxii. q.  
 ii. moy.  
 ses.

Ecclesi.  
 xxxvii.  
 Curialis  
 tas anti-  
 qua





iuuenal' Viueret in nostro si iam Democritus quo  
 i sat. oij Rideret toto crimina nostra die:  
 bus in Et Crassus pariter rideret ludicra mundi:  
 terris Quem risisse semel carmina prisca canunt.  
 Precipue nostra si tempestate /videret  
 de vi. & Laruatos fatuos: stultoquosq; viros:  
 hon. de. His fatuis nullum vitium nunc turpe putatur  
 cu decoz Ad scelus hos etenim vita petulca trahit  
 rem. Concita gallorum tanto vix membra furore  
 Vexantur: cybeles dum fera sacra colunt:  
 druyde Cum furia tractant vix Menades orgia tanta:  
 de qbus Quin recolit lemures stulta caterua malos  
 lucanus Induit hic laruam: turpes hic sumit amictus  
 Lemuz Ille linat faciem: contaminatq; fycō:  
 res de q; Hic gerit infatua conductos fronte capillos  
 bus oui Hic dentes emptos: hunc regit alba toga:  
 dius. Parthorum ad morem cupit alter sumere vestem:  
 Hic habitus Geticos /Sarmaticosq; petit.  
 Hic faciem turpat: quo vix deformior ille est  
 Tartara qui terret murmure cerbereo.  
 Musica cōportant: fatui instrumenta: canuntq;  
 Audiat vt fatuos queq; puella suos.  
 Ante domum notę domine vestigia figunt  
 Consumunt totos /sicq; boando dies  
 Fausa puella quidem: fatuis tutatur ab illis  
 ecci. xxv Que se: laruati turpia queq; petunt:  
 Seducit castos animos laruata caterua:  
 In facie demon quem gerit ore /patet.  
 Corda puellarum manibus discerpit aduncis:  
 Vnguibus horrendis: dilaceratq; thorum:  
 C. de Quicqd enim sceleris totus non perficit annus  
 epi. & Hoc laruatorum tempore conficitur:  
 cle. l. mi Sepe tuas: larua contacta subintrat in edes:  
 me. i au Que tibi gallias vulpis iniqua voret:  
 de san. epi. col. ix.



Tu quia nil curas laruate crimina gentis  
 Contaminas thalami foedera sepe tui.  
 Quid refero mores: quid turpia verba: iocosque  
 In quibus assidue stulta caterua furit:  
 Larua representat nunc saturnalia festa:  
 Aut salios nudos: māmuriūque fabrum:  
 Quodque magis credo: tali sub tempore /ditis  
 Emisso lemures: terrificasque deas:  
 Loenferi quoniam pendent de frontibus hydri:  
 Abscondunt faciem: quam deus ipse dedit.  
 Naturam turpant: tenebroso pectora cultu  
 Recta tegunt: vultusque comaculantque fūco.  
 Se facit hic claudum: se secum clamitat ille:  
 Larua regit proceres: magnificosque viros:  
 Id tamen est peius: trahimus ludibria larug  
 Pascatis ad festos sacrificosque dies:  
 Ducimus & choreas: veneris certamina mollis  
 Pessima verisamus: nil sacra festa vetant. |  
 Passio quo christi meditatur tempore: lamam  
 Accipimus: sceleris pabula quaeque placent.  
 Surgimus heu tarde cum christo: crimina mundi  
 Vana: iubent solitam continuare viam  
 Erateno lemures hęc nunc sermone precamur  
 Ut tandem sapiant destituantque nefas:  
 Esse nefas quis nam dubitat: que veritimus ora  
 Naturamque simul: turbidus error abi.  
 Fama volat quendam occisum quem larua tegebat  
 Quem mox cum larua demon ad ima tulit:  
 Iure quidem: nam cuius erat nūmīssima & imago  
 Effigiem & pignus abstulit ille suum.  
 Vir bonus & sapiens reprehendit turpia facta:  
 Dictaque castigans impia: iusta docet.  
 Consciū ipse sibi: mala cuncta & inania  
 Et vitam querit diligit atque bonam.

C. de pe  
 l. si qs.  
 de rri.  
 fal. ad  
 audiens  
 tiam.

de conf.  
 distin. v  
 quadras  
 gesimā.

V



# Viri prudentis descriptio



- pu. xliij. Prudentem cecinere virum documenta Maronis  
sapiē. vi Qualem vix hominem secula nostra tenent  
eccī. x. Socratis egregii maiestas iudice phœbo  
Dicitur emeritos promeruisse gradus,  
socrates Talis erat sophie diuine Socrates altor:  
Qualem virgilii carmina docta canunt:  
Ex se pendebat totus: perfectus ad vnguem  
Constans: & dexter / prouidus atq; bonus.  
Sene Vir bonus & sapiens dotes in pectore multas  
epif. cv, Continet: & clara nobilitate micat.  
tul. i pa. Iudex ipse sui: nec vani murmura vulgi  
Curat: securus tempora grata terit.  
eccī. iij. Rebus ab externis neq; mercem aut crimina sumit.  
sapiē. vi. Est frugi semper: & moderata petit  
eccs. vi. Pectus habet solidum: propellit inania vota.  
puer. x. Continet & stabili pectora recta gradu.  
ecclesia. Non prius a mollis rapiuntur membra sopore  
xviii. Omnia q̄ vite sint reputata fug.



Vtile cum sancto sapiens coniungat honesto

Omni aliquid laudis & gerat ipse die.

O vtinam nostro tam consona turba sophie

Tempore fulgeret: tam nitideq; schole:

In quibus illustris virtutis semina / prudens

Funderet: æthereum concineretq; sophos:

Mirandum non est: q; tam numerosa caterua

Stultorum: totidem seruat in orbe vices:

Est ratio in promptu: quoniam sapientia pulsa

Exulat: & mundum dilaniata fugit.

Qui bonus & sapiens nostro nunc esse laborat

Tempore: vefanus dicitur atq; rudis:

Callidus & vaser qui nunc est atq; dolosus

Hic titulum sophie: & nobilitatis habet:

Iustus Aristes quid tempestate valeret

Nostri: quid curius / Fabritiusq; bonus.

Quid Cato diuinus: celebris quid turba platonis?

Prudentes rident secula nostra viros.

His tituli candor datur & nunc gloria presens:

In quibus est fraudum stultitiæq; vigor.

Ascendit celebres stultiflua turba cathedras:

Stultitia mentes que violare solet.

Si modo prudentes aleret Germania pugna:

Et daret ingenuis premia digna viris:

Non sic deserta fluerent preconia fama:

Parta quidem: que nunc Theutona terra premit,

Si gradus in signis sophie cultoribus esset:

Non veheret fatuos tot modo nostra ratis:

Sed censor nunc nemo sui se explorat ad vnguem:

Nemo animum musis imbuat ingenuis.

Stultigeras igitur tunicas / fatuosq; cucullos

Imposui multis: quos mea scripta notant.

Ergo prudenter stultus qui viuit in orbe

Virgilij vt diui pagina sacra canit:

Protinus æthereas hic celsior vsq; sub auras

eccs. xii.

ecclesia.

xxxvii.

eccs. i.

pu. iiii.

eccs. x.

esai. v.

pu. xxix.

aristides

Curius.

fabritius

puer. ix

sapiē. v.

Germania

defe

ctus.

pu. xiii.

virgili<sup>9</sup>



# In cōmēdationē philosophiē

ecci. iiii. Transuoler: & nitidi lactea signa poli:  
fapi. vi. Carnesq; mortali posita / captare quietem  
Cœlestem poterit: Ambrosiaq; frui.  
Ad sapiam teneros igitur succingite lumbos:  
Et date conspicue thura benigna dee:  
Qua; propter doctis optat philomusus honores  
Et pacem musis poscit: adesse suis.

Titio et Inprimisq; suo Ticioni / magna precatur  
Theda. Gaudia: constructa est quo duce nostra ratis,  
qui & Sit tibi / mi prestans animi preceptor / amice  
Brant. Theda / salus ingens: Brant venerande vale.

In precio non est hodie doctrina bonorum:  
Sed spuit ad doctas stultus vbicq; togas:  
Doctiloquos tentat vulgus detrudere sacco:  
Sub pede stultorum philosophia iacet.





Quisq; ad æthereas ſacrate pallados arces	iohel. i.
Tendit: in hac requiem vel cupit eſſe ſuam:	apoc. vi.
Hic manibus purus veniat linguaq; pudicus:	ſapient. i
Ut ſophie focalis ſumida thura ferat.	
Philoſophia ſacris animos colluſtrat ocellis:	Tullio
Ingenij dotes: prebet & eloquium:	pro ar-
Luctificas huius ſolamur dogmate mentes:	chia poe-
Hec animi motus pellit & illecebras.	ta
Hec bene viuendi præſtat documenta viaſq;	ecc. iiii.
Hec iter æther ei pandit ad aſtra poli.	
Poſſumus hac mentis triftes auertere caſus:	
Poſſumus hac lapſus exuperare graues.	puer. ij.
Hanc deus omnipotens cœleſti miſit ab arce!	
Ut nobis cœli ſemina clara daret.	ecc. i.
Illius in collo pendent redimicula ſacra:	
Per genus humanum quę modo ſparſa micant.	
Membra tegit peplo: pallaq; induta minerva:	
Sub pede purpureas ſpargit vbiq; roſas:	
Seruiat huic ſapiens quiſquis: nam neſtare diuo	ſapi. vi.
Corda hominis potat: Ambroſiaq; cibat:	& ix.
Et libertatis veros concedit honores:	eccleſia.
Hac duce perpetuo libera corda manent:	xxvii
Hec ſcelus atq; nefas pellit: moresq; profanos:	pu. viij.
Explodit vitium: premia laudis haber.	& xvi.
Hanc propter ſapiens nitidum conſcendit olympum:	
Hec aperit iuſtis regna ſerena Iouis:	
Poſſumus hac ſeuos ſemper ſuperare tyrannos:	
Fida comes vitę eſt & benedicta quies:	
Hac ſine nõ princeps: nõ rex: ſua ſceptra gubernant	ſapi. viii
Eſt fidei mater: iuſtitieq; parens.	
Palladis ad munus iuuenes properate ſeneſq;	puer. vii
Ex gremio cuius fons ſcatet irriuguus:	
Currite vos docti: veſtram obſeruate minervam:	
In ſaccum trudit dogmata vulgus iners.	puer. iij



# Concertatio virtutis cu voluptate



S. Brant  
Argu-  
mentū.

Aspice conflictum virtutis: atq; petulce  
Deinde voluptatis / gaudia vana vide:  
Legimus Alciden somno cum forte iaceret  
Vidisse ambiguas / difficileq; vias:  
Ambarumq; statum / finem / vitamq; / modumq;  
Scrutans: virtutis cepit inire viam.

## Epigrāma ad lectorem.

horatius  
i arte

Virtutis quicumq; colis sacra dogmata lector:  
Aspice quos fecimus pollice & gre modos.  
Tu tamen imprimis frontem depone seueram:  
Aut fuge: si nasum rhinocerotis habes.  
Nos veniam scriptis dabimus petimusq; vicissim  
Si peccat numeris pagina nostra suis.  
Frangitur hic puro dictamine blanda voluptas  
Et spurce Veneris marcida castra iacent.  
Sed virtus niueo victritia tela triumpho  
Suspendit: celo seq; suosq; beat.  
Hanc amet imberbis iuuenis: viteq; magistrā  
Ducat: & eterno munere formet opus.  
Illecebras fugiat: quas spondet vana libido:  
Hec animos frangit: pectora casta terit

Tullius  
in offi.



# Obiectio voluptatis

104

Fœdat & ingenii cultus: sensusq; pudicos  
Destruit: & semper blanda venena vomit.  
O iuvenes spectate probi: quid candida Virtus  
Possit: quid noceat luxuriosa Venus?

## Obiectio voluptatis crimi minantis virtutem.



En ego sincere virtuti inimica voluptas  
Adsum victricis lauro redimita: per orbem  
Signa mei fulgent castris suffulta triumphis:  
Semper Achemenios spirant mea tempora flores:  
Et redolet violas collecti fascia crinis.  
In niueis soleo manicas gestare lacertis:  
Et vestes tyrię fulgentia brachia velant:  
Est facies lasciuia nimis: stant lumina multo  
Inuidiosa ioco: petulantes frontis ocellos  
Ostendo: mallem frangunt qui sepe iuuentam:  
Delicias effundo meas: & mella per orbem:



# Obiectio voluptatis

Vt capiant iuuenum temeras mea retia mentes:  
In manibus Cytharam teneo: plectrumq; sonorum:  
Turba sedet iuxta mollis: blandiq; choraules:  
Ante meam statuam dulcissima carmina pangunt:  
Pectine facundo mulier stat psalteria iuxta:  
Nam soror ipsa dei: cui sacra solennia reddunt  
Menades insane frontem crinemq; rotantes:  
Qui mea prosequitur miles: vexilla: labores  
Nullos: & liberi discrimina nulla subibit  
Cogitur haud seuis caput obiectare procellis  
Non strepitus pugne: non tristia classica Martis  
Audiet: armisonus lituus nec pectora franget  
Sed qui me comitem sequitur: non tramite duro  
Ambulat: at dulces hic experietur amores.  
Qui mea spreuerunt quondam monumenta: peridis  
Immersi grauibus: vitam claufere dolore,  
En dea sum cuius spatioso noscitur orbe  
Imperium: & nostro manant de pectore molles  
Delirig: risus & cantica plena iocorum:  
Et sub me sang longissima fata senectę  
Vsq; vident: albicq; dies: horeq; secunde:  
Quondā Priamides quo Troia cessit achiuis:  
Signa tulit nostri manibus florentia regni,  
Indulsiq; bonis: quorum est mea magna potestas  
Paris Et mihi seruiuit cultu Cleopatra superbo:  
Cleopa- Blanditiasq; meas canopea ad moenia duxi.  
tra. Africa me noscit: me noscit corniger Hammon:  
numide Me numide infrenes: colit & Maurisius atlas,  
India delitias nostras veneratur: & omnes  
eccj xxx Educunt rutilo qui candida membra sub orru:  
sarmatci Me duce sobrietas toto pulsatur ab orbe  
parthi sarmata non tutus: nō parthus / nō geta pugnax  
gethe Non hister tutus semper crispusq; sycamber  
hister Nostraq; per varias mittuntur spicula gentes.  
sycāber Nostra sophi veteres coluerunt numina: quorum  
Scripta manent posite me defendentia sectę



Nam sine corporeo prorsum bona labore:  
 Et gula nobiscum /seruens quoque gloria mens:  
 Non mea sub galeis vita est: non stramine duro:  
 Corpora nostra cubant: sed prebet pluma quietem:  
 Me nisi delitiae molles sequerentur /& omnis:  
 Luxuries: tanti non reges blanda subissent  
 Castra: quibus toto victrix dominabor in orbe:  
 Sardanapalus enim regalia facta relinquens:  
 Corporis illecebras coluit: florentibus annis  
 Bellica roma quidem nostro sudauit amore.  
 Mollibus in plumis dantur sua gaudia cunctis:  
 Non frigus /diramque famem iuuenalia captant  
 Pectora: sed requies semper blandissima nobis.  
 Otia quandoquidem non perturbata fouemus.  
 Ergo vos iuuenes: quorum sunt mollia corda:  
 Atque senes pariter quorum est annosior aetas:  
 Porrigite huc aures: currit mortalibus euum  
 Et currunt sine fine dies: libate vel escis  
 Mellifluis genio: post mortem nulla voluptas.

epicurei

iuuenas  
 i satyra  
 oibus i  
 terris.

hier. vii.

Verba  
 Sarda  
 napali  
 x sapiē. ii:





## RESPONSO VIRTUTIS

Carminē nugoso quid me male sana voluptas  
Lēdis. & imbelli pectore bella paras:  
Quid fallax miserōs age perfida decipis arte:  
Allecebris mundus cur ruis vsq; tuis:  
Quid sordes: luxusq; tuos: lanceq; voraces  
Laudas: blanditiis gloria nulla tuis.  
Aebrietas tibi fida comes: infamia pennis  
Circum te volitat: & tua castra premit  
Es: fateor: pulchro semper laqueata capistro:  
Sunt oculi molles: fronsq; petulca nimis:  
In capite insignis fulgor: redimicula: vitte  
Sertaq; dependent: purpureusq; color:  
Te chlamydes tyrie velant: te balteus ornat:  
Et te Sidonio purpura tincta fūco.  
Non galeas armata geris: sed corpore nudo  
Allicis imbelles in tua vota viros.  
Te iuxta Veneris stant atq; Cupidinis arcus:  
Et pueri cęci dira sagitta iacet.  
Dextra tenet speculum quo splendet turba malorum:  
Lęua tenet luxus. & genus omne mali:  
Fronti nullus inest candor. sed spurca libido:  
Non pudor in verbis / ingenuusq; iocus:  
Te duce per mundum gemini tractantur amores:  
Te duce languescunt fortia membra ducum.  
Te duce nobilitas perit: & veneranda iuuentus  
Marcescit votis dedita adusq; tuis.  
Te duce morborum patimur discrimina: mortes.  
Ad stygiosq; cadunt corpora nostra lacus:  
Tu facis ingenium torpens: tu pectora casta  
Inficis: & sensus non finis esse bonos:  
In te decrescunt anime: solvuntur & artus:  
Corporis & semper esca doloris eris  
Et te loethales morbi: genus omne malorum,  
Et gula manauit: delitiumq; malum:



Tu facis imbelles iuvenes: petulantq; senecta  
 Te duce concrefcit: bestia spurca nimis:  
 Pellicis in fraudes multos / viteq; tenebras:  
 Nil castum impura conspicuumq; doces.  
 In te non ratio: non pure semina mentis:  
 Ingenium nullum: sed mala lingua quidem.  
 Multorum claros egisset dextra triumphos:  
 Et multos caneret fama superba duces:  
 Si non blanditias: si non tua vota subissent:  
 Et simul impositis nigra venena cadis  
 Moenia dardanidum: vertisti & pergama Troie:  
 Per te Parthorum regna superba iacent  
 Regna iacent / Asia luxu consumpta voraci:  
 Luxibus & prauis Attica regna iacent.  
 Obruta sunt Danaū fortissima moenia: per te  
 Atq; vrbes Sodome morte rigante iacent,  
 Excidium per te dirum est experta Corinthos  
 Atq; Tarentinē sic periere domus.  
 Lapsa quidem per te sordent Nilotica regna  
 Assirii per te sic cecidere duces:  
 Te Sybaris colles: te Rhodos: atq; Miletos  
 Et varias gentes contaminose iuuat.  
 Tu Sordos: Thracesq; truces: tu blanda Getasq;  
 Corruptis: diris inficis atq; malis.  
 Sors mea nunc melior: quoniam me vita pennis  
 Spectat: & aeterno gloria parta gradu.  
 Degeneres animos patienti extollo labore.  
 Coeli porta patet: me duce: aperta viris:  
 Amphitroniades metuenda pericula vicit.  
 Me duce: coelestis incolit astra dei.  
 Me duce barbaricas gentes prostravit in armis  
 Tullius: & foelix sidera clara premit:  
 Magnus Alexander nostros comitatus honores:  
 Ingenii pugnas / & fera bella tulit:  
 Sic paulus consul regem qui Persea vicit  
 Me duce Romanis clara trophæa dedit.

Troia  
 parthi  
 Asia  
 Grecia

Sodoma  
 corinthus  
 tarentū  
 egyptus  
 Assyria  
 Sybaris  
 Rhodus  
 miletus  
 thratiā  
 Gete

hercules

Tullius  
 cesar  
 alexander  
 magnus  
 Paulus  
 emilius



# Responsio virtutis

- Cicero. Me duce facundi vulgent Ciceronis honores:  
Virgil<sup>9</sup> Et Maro Romane gloria magna toge:  
aristotes Doctus Aristoteles nostra hec monumenta sequutus:  
les. Et Plato quo nusq; maior in orbe fuit  
Plato Candida me coluit doctorum turba sophorum:  
Ingenium per nos eloquiumq; valet.  
Ad laudes genitos & dultia munera diuim:  
Fama trahit nostri nominis atq; decus  
Aspice (quid multos repetam) stat nostra per orbem  
Gloria / fama / salus / laus / honor / atq; decus.  
Inte luxuries: fastus / comertia foeda:  
Et putidum semper stillat ab ore malum:  
pu. viij. In me diuitie: iustum / rectumq; piumpq;  
In me consilium. gloria sola mea est.  
sapi. iij. Casta mihi domus est. stant celso colle penates:  
puer. ix. Hos tamen ingenuus scandit vbiq; labor.  
In virtute labor: sed & in sudore voluptas:  
Atq; quies: magnis semper amanda viris.  
Siue velis famam ingenio sectarier almam:  
Armifone ve velis voluere signa dee:  
Seu res ciuiles merito tractare fauore:  
Hec animo infracto (me duce) cuncta facis.  
Quem labor & sudor torquet virtutis amore:  
Aetherci tandem scandet ad astra poli.  
pu. viii. Virtus sola regit terras: dominatur in alto.  
Diuidit & nutu dona beata suo.  
pu. vii. O iuuenes dum fata sinunt: expellite vanas  
Corporis illecebras: loetiferumq; nefas:  
Imbuite ast animos virtutis dogmate vestros:  
Ut sapiant rectam pectora vestra fidem:  
Innumeros classes / fatuos sine fine furentes  
Hactenus in nostra ducere classe iuuat:  
Si quis forte locum potuit minus accomodatum  
Nancisci: huc veniat cum sociisq; vehat.





Currite sulcamus festinis æquora remis:  
 Et premit immensum carbasa nostra fretum  
 En socialis adest classis: properate sodales:  
 Et fatui pariter nunc properate meri:  
 Nam nostre numerus secte est immensus: & aures  
 Ad varias gentes tendit & ad populos  
 Nostra cohors/ equidem totum complectitur orbem  
 Pauci sunt quos non scœdera nostra premunt  
 Ex' Asia veniunt rutilo sub sole creati  
 Stulti: nobiscum qui cita vela trahunt;  
 Finibus e Lybie veniunt terrarq; calenti

ecci. xiiij  
 iob. xxx  
 i. esdre. v

sapi. iiii.  
 eccs. i.

In oëna  
 terrã exi  
 u it son<sup>o</sup>  
 x iij eorum.



# Barca socialis

Mausirii imbelles /æthiopesq; nigri:  
Migrant Hesperii: migrant quoq; Gallia tota,  
Prorsus & a Bactris sedula turba ruit.  
Ad naurem veniunt gentes quas vltima Thyle  
Finibus extremis quasq; Britannus habet.  
Et veniunt Cymbri torui: flauiq; Sycambri:  
Et venit ex latio turba procera quidem.  
Archophylax gentes rigido sub sydera natas  
Transmittit: prebet subsidium rati:  
Sauromate veniunt: pugnax quoq; turba Getarum  
Atq; Thraces veniunt: Argoliciq; viri:  
Et veniunt omnes gentes / quas conspicit orbis  
Quasq; fouent nitidi sydera clara poli:  
Cum senibus iuuenes: fatua cum matre puella:  
Intactus nullus hic gradus esse potest:  
Ad classem celerem fatui properate sodales.  
Currite nauicule / nam mora cuncta nocet.  
Tempus adest sulcare fretum & nunc pandere velum  
Currite: iam pergit fluctibus acta ratis.  
Maxima nunc regio superest penetranda: sodales  
O fatui: pedibus currite queso citis.  
Narragonum ad patriam & promissas tendimus oras:  
Cogimur & stolidum nunc penetrare solum:  
Nos tñ in tumido iactant discrimina ponto  
Plurima: sollicitas & quatit vnda trabes:  
Veliferiq; maris seuo clamore ciemus  
Fortunam: nil nos impia vota iuuant,  
Per varios casus: per seua pericula ponti  
Currimus: & vite non modos vllus adest  
Et patimur lapsus / tempestatesq; sonoras  
Et patimur medio naufraga fata mari:  
Scyllæam rabiem siculis spectamus in vndis:  
Atq; charybdeo gurgite transtra volant.  
Per syrtis lybicas remo sulcamus inertit:  
Spectamus tumidi tristia: monstra maris  
Delphinos: phocas / syrenes / atq; videmus  
Tritonas: inuisum prodigiūq; genus:

De hac  
materia  
Virgil<sup>9</sup>  
i. i. & iij  
eneid.

Scylla  
Charib:  
Syrtis  
Syrenes  
Triton



Torpeamus cantu: quo nostras inficit aures  
 Syren: languenti nosq; sopore premit:  
 Et Cyclopem grandem siculo spectamus in antro  
 Dulychius princeps quem timuisse potest:  
 Quis locus est tutus: quo nunc considerare stulti  
 Possunt: & certos edificare lares:  
 Usq; adeo tumidis prostrati mergimur undis  
 Et portus tutus carbasa nostra fugit:  
 Et merito, quoniam nullo sapientia cultu  
 Nos fouet: & stolidi figimus arma manu.  
 Heu dea stultitie nobis nunc pocula Circe  
 Prebuit: & cantu pectora lassa ferit.  
 Eheu quid miseri prodest errare sodales:  
 Querite sed stabili littora tuta pede:  
 Ne rapiant nostras Neptunia monstra catinas  
 Sorbeat & nostras equoris vnda rates.

cyclops  
 vlysses

Circe

neptūia



Vertimus naues fatuas latinis  
 Versibus: plectro siquidē strepētī  
 Cudim⁹ normas mō pbenignas  
 Plaudite muse

x iij



# Excusatio Jacobi locher

Sebasti- Gratias docto dabitis magistro  
ano B: Atq; doctori titulos merenti  
grates Cādidos: nrōs legitis modos qui:  
agit Plaudite muse

Ad salutare modo disciplinas  
Atq; sincere documenta virę  
Verim? stultos numeris iocosos  
Plaudite muse

Non decus mundi: titulusq; clari  
Nominis traxis volucrisq; fama  
Ad salutare philomusa cantus:  
Plaudite muse

Nō honos: laudes: p̄ciū ve molle  
Nec fames auri philomusa traxit  
Ad sacri fontes nemoris beatos  
Plaudite muse

Nil supborū cupimus virorum  
Stēma: nec claros capitū corymbos  
Nec sacre lauri cupimus corollam  
Plaudite muse

Qui leget nostri iitulum libelli:  
Gratias nullas referat libello:  
Eleuet sed brant rogo p̄diseritū  
Plaudite muse.

Prebuit nostris alimenta nymphis  
Brant: & heroes tribuit beatos:  
Estq; scriptorū venerandus auctor  
Plaudite muse

Gratie dulces: lepideq; voces:  
Et lepos blandus: lyricusq; nervus  
Ex sinu illius fluitāt scatentq;  
Plaudite muse)

Sermo facundus: locuplexq; vena:  
Structilis cādor: calamus latinus:  
Nil sonat qđ sit latio indecorum:  
Plaudite muse

Sed modo diuos superos p̄camur  
Prebeant nobis veniam benignam



Pinximus q̄ sic fatuos inertes

Plaudite muse.

Me locus nauis: fateor: requirit:

Calceos nondum fatuos remouit:

Stultus & nondum posui cucullum

Plaudite muse.

Sunt quibus nostrę placere cure:

Sunt quibus nostrę satyrę grauedo

Displicet: dextram veniam precamur

Plaudite muse.

Nostra sic fari didicit iuuentus:

Peruigil sudor neq̄ me disertum

Fecit: haud magnos capio labores:

Plaudite muse.

Scriberem formas potius pedestres:

Sponde sed manant: numeri: canori:

Barbarum qui me faciunt poetam

Plaudite muse.

Gratulor nostrę siquidem iuuentę:

Gratulor docto pariter magistro:

Qui mihi suauis tribuit camœnas

Plaudite muse.

Seculo nostro siquidem diserto

Gratulor: docte sileant Athene:

Et chorus: vatum sileat latinus:

Plaudite muse.

Iam fouet passim celebres pœtas

Theutonum sydus / gelidusq̄ Rhenus.

Laudibus: quorum monumenta fulgent

Plaudite muse.

Quid magis fingit latialis orbis

Ritibus cultis: colimus platona:

Atq̄ sublimem colimus Maronem:

Plaudite muse.

Ergo certatim teneris camœnis:

Nauis & picte rudibus figuris:

Et iuuentuti faueas precamur

Lector amice.



# Socialis nauis



Stultorum trahitur collecta ceterua virorum  
Qui manibus querunt sepe alimenta suis.  
Artificis quisquis signum pretendit: & effert  
Quid sciat: & foueat qua ratione domum:  
Ad sunt mechanici: quorum vela ampla leuata:  
Cum celeri remo per freta vasta volant  
Cur tamen hi fatui sint ad mea laxa vocati  
Carbasa: iam causas cum ratione canam.  
Cunctorum veluti status mutatur in omni  
Tempore: nec stabili conditione manent:  
Artificum pariter sic fit mutatio semper.  
Hos fatuos merito nostra carmina vehit.  
Hoc vitium primum est, q̄ seruus quisq̄ magister



Esse cupit: callet & tamen ipse nihil:  
 Artifices multi fatuiq; sine arte vagantur  
 Stultitia merces diminuuntq; sua.  
 Alter in alterius damnum sudore laborat:  
 Se tamen inprimis decipit exspolians:  
 Vendit opus magna forsitan mercede paratum: eze. vii;  
 Incitat & vexat hunc quia liuor edax:  
 Attamen artificum deformis abusus secte  
 Paupertate graui corpora multa premit.  
 Hi res mox vendunt positas pre merce minuta:  
 Hi precio vendunt pro leuiore suas: leui. xxv  
 Alter in alterius damnum contemnere lucrum  
 Assolet: & vendit tunc male facta palam.  
 Qui modico vendunt precio: res non bene factas ecclesia;  
 Vendunt: artifices hec mala culpa notat: xxvii  
 Omnes qui cupiunt emptores fallere blandis  
 Fraudibus: hi certe se quoq; decipiunt.  
 Mechanici culpas & stygmata nigra merentur  
 Turpantes operas / artificesq; manus  
 Decrescunt omnes mercatus: nemo fidelis  
 Mercator: qui uis ditior esse cupit.  
 Rebus in humanis mutatio tanta laceffit  
 Multos: atq; inopes reddit ubiq; viros.  
 Non opus est multis facinus componere verbis  
 Artificumq; liuor pectora cuncta trahit.  
 Temporibus nostris qui constans esse laborat  
 Nunc stultum vulgus: insipidumq; vocat.

**De Nicolao renner. acu/**

phago Argeñ. Sebastianus Brant:  
 Finis adest operis / nec te Nicolae videre  
 In nostro potui Renner amice rate. coedit  
 Qui tamen innumeros fatuos facis: & tua multi multas  
 Ora vident / iacobus que tibi plena scatent acus sil'  
 Quas comedis / rursumq; voras / vomis / imbibis atq;: saluator  
 Prestigio hoc stultos fallis ubiq; tuos. ludoru  
 Tu deus interdum scandis super ethera: rursum pascha  
 Decidis: & bibula cum grege pasca tenes. lium



Simeamater adest buccas dedit illa / genasq;

Et linguas multas: / geniumq; citum.

Ad dubito iccirco si te Gallos: / vel Iberos:

Inter Germanos / Italicosue locem.

Argen.  
plures i  
ueniet  
focios

Hic posui artifices inter / variisq; negoci

Te turbam: nunq; solus enim potes esse.

Narragonum in patriam tecum proficiscar: in vna

Nauē: dabit socios vrbs tua stultiuagos.

## De singularitate quorū dā

nouorū fatiorū additio Sebastiani Brant.



ps. lxxix Te nostram accipi vertisse Iacobē carinam:

Cauēdū Atq; illam latium nunc sapere eloquium:

ē a begu Gaudeo. Lolhardos quos pretermisimus olim

inis: de Beguinisq; iuuat his nec abesse suas.

frig. fraz Est opere precium non ignorare Beguttas

ter. post Begardosq; suos: hipocritumq; genus.

pri. glo. Quos nimis arta prius complexa est cymba: libornum

in cle. i. Nunc proprium: & laxis transra parabo foris.

de reli. Currite Lolhardi / beguine / siue begutte /

do.



Vos hominem ex toto presenti in carne putatis  
 Perfectum & summum tangere posse gradum  
 Vsq; adeo /vt nunq; deinceps mortale patrare  
 Crimen: & vt nequeat proficere vltterius.  
 Perfectos igitur tantos quoq; /dallis abacta  
 Expectat comites: stultiuagosq; viros:  
 Currite nauis eat: fatuosq; sequamur euntes:  
 Ne sine beguinis tanta caterua ruat.  
 Cemitis vt stulti totum mare & aquora complent  
 Nec modus aut numerus nauibus atq; viris.  
 Sepe oculos hominū morientum clauditis: ante  
 Q; mortis tempus vel necis hora venit.  
 Claudite presentis periture lumina turbe:  
 Atq; operi nostro ponite queso modum.  
 Sit satis hunc fecisse prius vobis vel honorem  
 Q; non vulgari vos rate composui.  
 Ne populus si vestra notet mala crimina, forsan  
 Non prauos modo /sed pellat ab orbe bonos.  
 Nec vos de populo vultis /neq; plebe videri:  
 Nec cleri in sortem vos deus ipse vocat:  
 Iccirco dignam vobis sedem ipse nequiri  
 Theutonica in nostra ponere naue prius.  
 Cū tñ in patria Germana /& theutonico orbe  
 Pullulet & vigeat vestra ea secta nimis.  
 Colligere attempto turbam dumtaxat iniquam:  
 Este procul fratres /quos bona vita tenet.  
 Qui normam viteq; modum /sanccitac; patrum  
 Seruatis: non vos ledere pergo bonos.  
 Sed turbam indoctam: que cum nil discere possit:  
 Nec voluit: longam querit habere togam.  
 Ne si vulgus erit: cogatur ferre laborem  
 Artificum: & manibus querere forte cibum.  
 Inde est q; querunt tranquillam habuisse quietem:  
 Atq; vacare graui posse labore tamen.  
 Non is est animus /non mens /sint vt Madaleng:  
 Verum vt bufonem lena suum inueniat:  
 Ocia sectantur /torporem & /desidiamq;

in a  
 ad n  
 strū de  
 here.

de. i. de  
 re. do.

dic. de:  
 ad nos  
 strum

ij. tel. iiii;



# De singularitate quorūdam

Hinc hosti antiquo nequitie arma parant  
Proinde sibi reputant credunt quoq; cuncta licere.  
Humano neq; sub viuere & esse iugo.  
Libertas; aiunt: vbi spiritus esse probatur:  
ii. cor. iij Spiritus at spirat / liberaiora licent.  
Inde putant nulli capiti se subdere posse:  
Acephali cupiunt viuere & esse palam:  
pu. xxx. In grege conueniunt: viuunt sine rege locuste:  
Puniat vt nemo corrigat atq; nephas.  
Quin etiam interdum laico sua crimina fratres  
Confitentur; agunt alterutrumq; vices.  
Oscula mortali dicunt damnanda reatur:  
Offitium carnis sed veniale ferunt.  
Hinc passim fratres per compita cuncta: sorores  
Querunt / solantur / concrepitantq; fores.  
Signaq; dant dygitis pulsanibus: atq; recepto  
Responso: admittit ianua queq; suum.  
Tum procul abiectis mantellis / atq; cucullis  
Lolhardi in turpi veste / breuiq; patent.  
Grandibus exutis sotularibus atq; cothurnis:  
Beguine incedunt: calceolosq; mouent.  
actuū. x. Tunc opera incipiunt cōmunia: tunc labiorum  
ps. xlix. Hos operit labor: & facta sororia agunt.  
Si qua casta soror velit / atq; pudica videri:  
Et que fraternos abnuat accubitus:  
Carpitur: & norme violatrix dicitur: extra  
Sit numerum: & careat funditus alloquio:  
Illi cōmunes neq; enim venie ve / preces ve  
Subueniunt: vnam hec fregit / & vrceolum:  
Quin etiam arguitur maiori crimine: penam  
Quo ferat / & subeat fratris ad arbitrium.  
Hunc ego peruersum lolhardum seu goliardum  
Dicam: qui ventri viuut & vmbilico.  
Nequitiam illorum carpunt mea carmina: sanctos  
Atq; bonos fratres carpere nemo volet.  
Quos vel apostolice sedis mandata probarunt:  
Vel quos cōmendat vita laborq; bonus.

de. i. de  
vi. & ho  
ne. de.  
pstatō  
puer. xi.



Ast quidam bullas producunt sepe / quibus sint  
 Absq; opere: humanis delitijs vacent:  
 Et quibus impune possint quecunq; patrare  
 Non bona: & a nullo vindice habere metum:  
 Sed pares faciunt monachis: Vesteq; sacratis  
 Virginibus: quibus est regula grata deo:  
 Canonicos habitus / nomen / vestemq; pudicam  
 Vsurpant: sed enim sub cute vulpis inest.  
 Sic habitus simulant multi sanctosq; bonosq;  
 Intus qui rapida tygre / supoq; scatent.  
 Nomine diuorum subiere cubilia multi  
 Casta: sed incesto mox rediere gradu.  
 Quis rogô summe pater / valet explicare: nefanda  
 Crimina: que sunt sub specie vsq; bona:  
 Liberior poterit nemoq; licentius: vsq;  
 Fallere credentes quam genus hypocritum.  
 Introitu Curios simulant: sed Clodius exit:  
 Sub christi specie / demon inique latet:  
 Ve tibi ve maledicta cohors: que nomen inane  
 Religionis habes: quod tua facta negant.  
 Nempe opera effingis sathane: quibus esse probaris  
 Filiolus sathane: luciferiq; puer.  
 Quisq; enim est genitus summo a genitore / deoq;  
 Hic mandata dei seruat / & efficiet:  
 Qui vero e terra genitus: terraq; sepultus:  
 Semper erit: que quis terrea sola placent.  
 Quem semel arripuit fatuorum claua: cucullus:  
 Mitraq; vix veterem deicit ille togam:  
 Hinc precor / exhortor / moneo / rogo / flagito cunctos  
 Preuideant: linquunt qua statione ratem.  
 Nostri etenim portum querunt lyntresq; faseli.  
 Cedo libens: meritum docte iacobe feres.  
 Qui mea vertisti vulgaria plaustra / reuidi  
 Illa ego: perlegi: fat placet atq; labor.  
 Nota magis fuerat nobis inuentio nostra:  
 Quo queq; excerpfi dicta decora loco:  
 Iccirco ascripti loca concordantia: lector  
 Noscere quo valeat: singula queq; cito.  
 Qui tamen & veniam dabit ipressorib; oro: y ij

C. de es  
 pi. & de.  
 deo as  
 mabiles

ege. xiii.  
 mat. vii.  
 quidius

esai. ix.

mt. xxiij

i. thi. iiii

puer. xx

ioh. viii

ioh. ij. iij

& v.

col. iij.

luc. vi.

ioh. iij

ij. p. iij.

Quare:

sebastias

n<sup>o</sup> Brat.

concors

dantias

huic opi

appollu

erit.



# Epistola Jacobi locher

parcedū  
impres-  
foribus.

His quia festinum nil satis esse potest.  
Nempe manu propria semel atq; iterum illa reuidi:  
Signavi / inuersa multa subinde manu:  
Sed tamen illorum preceps labor: atra reliquit  
Plurima / que nollem: que mihi displiceant.  
Que si forte videt lector bonus atq; peritus:  
Dat veniam: erratum nec putet esse tuum.  
Criticus at si quis / cui sueta calumnia cordi:  
Perleget: in sannas incidet ille: scio.  
Sufficiet sed enim doctis fecisse laborem.  
Complacitum: stultis nil satis esse potest.  
Nec mihi principio mens subfuit / atq; voluntas.  
Ecdesi.  
xxxvii.

Scribere: vel stultis complacuisse viris.  
Nec tibi propositum fuit: vt satis esse putares  
Prudenti: & fatuo tam bona scripta viro:  
P. xviii.  
eccs. x.

Itcirco stultis linguam linquamus inanem:  
In cuius manibus vitæ morsq; sedet.  
Singula qui carpunt / cupiunt doctiq; videri:  
Nec quicq; norunt / sed sua sola placent:  
ps. lxxix  
Ille ferus / multos agros depastus: at olim  
Decidet: & nidum perdet auesq; simul.  
ecc. xx.  
sap. ix.

Hos operis nostri statui mihi / sistere finem  
Ioh. xv.  
ad gal. i  
cōclusio.

Omnia qui carpunt: cum nihil efficiant.  
Nil satis egregium / dignum / prestansq; bonumq;  
Quod cunctis possit (crede) placere viris.  
operis.

Vicisti precibus (fateor) suauissime frater  
Me: tua quo videam / carmina peruideam:  
Quod potui effeci: gaudet tuus ille magister  
Discipuli ingenium / tam valuisse sui.  
Perge bonis ceptis: rogat id tuus atq; iohannes.  
Olpigena: fausto fine / diuq; Vale.

## Epistola Jacobi locher

philomusi ad hūanissimū fautorē suū. D. Iohānem Ber  
gmanum de Olpe. Archidiaconū Grandisvallis: huius  
operis promotorem.



Et si non dubito amice iucundissime: plures nasutos  
 Criticos: nebulonesq; pphanatos / nr̄s lucubratiuncul  
 iamīā de extincta fauilla suscitatos esse: tñ iuventus no  
 stra / qua suauioribus ac politioris doctrine musul sem  
 per adheimus: facile importunos occurus latrantū: su  
 perabit. Si nobis p̄ceptoris nostri facundissima manus Brant  
 affuerit: nullas barbarici gregis cōtumelias formidabi  
 mus. Quis enim mediocriter doctus: adolescētis / & nas  
 ti & contendētis ad virtutē: litterariā istanc audatiā im  
 probabit: Etas iuuenilis Tibullū suū illaudatū non reli  
 quit: cuius ip̄e quidē iucundissima elegiace scriptionis  
 monimenta posteritati sacrauit. qd enim maius: qd p̄  
 stātius: qd ve laudabilius / iuuenis sub rigido sydere na  
 tus: glandibus enutritus: in pagis Suenie ablactat<sup>9</sup> / at  
 tētare potuit: q̄ sacras castalis vndas lambere: cortinam  
 phoebados tripodasq; / ore parū diserto contingere: Sed  
 me phoebus amat: sunt huic mea carmina cure. Barbari  
 casq; meo pellit de pectore voces. Dat citharā: lyricosq;  
 facto cum pectine neruos: Et pharetras: q̄ me tutū nunc  
 vndiq; reddunt. Sed quia nemo vnq; ad vmbilicū tam  
 perfecte suas deduxit paginas: aut adeo demorsos sapu  
 it vngues: qui non suorum operū titulis hiantes fauces:  
 linguāq; Timonianā puocaret. Asinii pollionis notam  
 M. Ciceronis laudabilis ac incredibilis eloq̄ntia effuge  
 re nō potuit: Maronis argutissima mūsa: stygmatis ac  
 sibila sensit. Sed qui in cineres mortuorum impios lara  
 tus vomunt: cum laruis luctari censentur. Carere debet  
 etiā vitiis oibus. q̄ in aliū paratus est dicere: inq̄t Cicero.  
 Parcant itaq; per deos imortales oro / tenelle audatie lr̄as  
 rii greges: & mediocritatē ingenioli mei equa lāce pensi  
 tent rhinocerotisq; nares: latratus efflantes / ferreo pessu  
 lo obstringant: Et si barbarice telluris sterilitas me ad lit  
 terarū studia vix concitarit: tñ quia mortales oēs / natura  
 quadā ad sciendī cognitionē accendimur propterea ex  
 plosis ob ingenio teterrimis ignorātie tenebris: animuz  
 Heliconis rore punctū / ad scribendū appuli. Vtinā dii  
 immortales primitiis nostris auras salubres: v̄etosq; trās



# Epistola Jacobi locher

quillum spirantes: benigne tribuerent. Vt semia mētis  
nostre splendidissimo virtutum globo fulcita, doctrina  
(quā profitemur) coalescerēt: & editis litterarū monimen-  
tis spetiosissime efflorescerent. Tu tñ iprimis: Iohannes  
Bergmane: dignus mihi videris: q̄ hūanitate: que potiss-  
simū mortales oblectat: & singulari munificentia: qua ī  
oēs tibi pares vteris: lrātū studia adeo extollis: vt ab infes-  
ris lrās squalore lurido obsitas: in germaniā reuocare vi-  
dearis: qd̄ enim magis in te mirari solemus: q̄ alacritatē  
istā tuā. qua studiosos hoīes ad scribendū puocas. Tuis  
enim fecūdissimis sumptibus egregios libros emuncto  
charactere ac graphice exaratos in lucem profers. Quod  
enim laudis & glorie ceteri scribendo consequunt: hoc  
tu bonas pmouendo lrās assequeris. Igitur has literulas  
nostras in testimoniū indelebilis amicitie: in fine libri ī  
primi iussimus: vt optimus quisq; tuā in me hūanitatē  
mansuetudinē familitatē ligdo cognosceret: Vas-  
le ex Castello Franco Germanie: Anno. M. cccxcvij.

Ad eundem Iohannem, B. de Olpe.

Me rogo cōmendes nostro iucunde Iohannes  
Thedigene: hunc saluum me rogitante iube.  
Si quid forte agitem, querat meus ille magister:  
Dicit me saluum viuere & esse suum.  
Proinde sibi incolumem vitā famāq; precabor  
Perpetuam: valeat Brant meus ille diu.



# Ad numeros suos vt Io

hannem Bergmanum festine adeant:

Ite rudes numerit: millenas ferte salutes  
 Bergmano: ad nitidos & properate lares:  
 Vos etenim fido trepidantes corde tuetur:  
 Accipietq; pio munera nostra sinu.  
 Exarmatus enim pharetris comitatur Apollo  
 Vos modo: cum fidibus auricomag; lyra:  
 Ludit & arguta modulos testudine dulces:  
 Blandidulos saltat concinît atq; choros:  
 Hoc duce foelices numeri procedite: vulgus  
 Indoctum vobis nec nocumenta dabit.  
 Impia nil rabies fatuorum: nulla nocebunt  
 Murmura: fortunam dexter Apollo feret.  
 Seu vos fumificas atq; penetrare cauernas  
 Contingit: syluas lestrygo nūq; truces:  
 Seu vos per lybicas fors inuida voluat harenas:  
 Siue per angusti saxa sonora freti,  
 Siue molorcheum nemus: aut per caspia regna  
 Contingit: scythicas aut penetrare niues  
 Siue charybdeos scopulos contingit adire  
 Immanes Thurcos: siue videre Getas:  
 Carmina vos sacro vibratus lumine phœbus:  
 Iam pharetra cinctus concomitatur iter.  
 Mirantes oculos radiis illuminet: atq;  
 In vobis tenebras non sinet esse truces  
 Hoc duce: magnatum celsas conscenditis arces:  
 Principis & vobis ianua magna patet.  
 Abiiciet clypeū miles dum carmina voluit:  
 Atq; minas ponent martia tela truces,  
 Gorgonis aspectus numeris mulcetur amœnis  
 Aegidis atq; angues suauia dicta stupent.  
 Indocti doctiq; simul dictata reuoluent:  
 Atq; genis lepidis oscula blanda dabunt:  
 Ite procul: nec vos pudeat sic esse tenellos:  
 Scribuntur teneri simplicitate ioci,

Quāta  
 vis car-  
 minis,



# Registrū Nauis stultifere

Qui canit Acaciden fortē: q̄ ve hectora seuum:  
Qui ve canit lybicos argolicosq; duces:  
Scipiadas geminos vel qui: duo fulmina belli:  
Et Curios sanctos: Fabritiosq; canit:  
In cute festiua numeros deducat: & apte  
Nectat ad heroes verba soluta pedes:  
In vobis fulgent tyriis non illita succis  
Munera: sed splendet simplicitatis honos:  
Ite rudes numeri millenas ferte salutes  
Bergmano: ad nitidos & properate lares  
Dicite: vos primum Titioni ostendat amico:  
Vosq; idem videat peruideatq; velim.  
Illius in laribus doctoq; sub hospite: noctem  
Linquite: & in lucem pergite liberius.  
Vos hilari excipiet fronte ille: dabitq; benignam  
Et solitam musis perplacidamq; domum.  
Ille patrocinio iuris defendere multos  
Ut solet: accipiet vos ita presidio.  
Vestra aget ille libens cam: & tutabit omnem:  
Quin propria dicit remq; agere inde suam.

Finis  
Stultife  
renauis

Finis Narragonice nauis p̄ sebastianū brant vulgari ser  
mone theutonico q̄ndā fabricate: atq; iā pridē p̄ Iacobus  
locher cognomēto philomusū in latinū traducte: perq;  
p̄tactū Sebastii. B. denuo reuisē: aptissimisq; cōcordans  
tiis & suppletōibus exornate: Imp̄ssū in ip̄iali acvrbe. Li  
bera Argētina per magistrū Ioannē gruningē. Anno sa  
lutis nostre. M. cccc. xviij. kalēdis Iunij. Vale iclīte lector.

## Registrū stultifere Nauis

Stultifera nauis	Folio	i
Epigrāma Iacobi locher ad lectorem		i
Ep̄la Iacobi locher ad Sebastianum, Brant		ij
Carmen eiusdem ad Sebastianum Brant		iii
Saphicō Iacobi locher excusātis īgenii sui paruitatē.		iiij
Epigrāma in narragonicam Iacobi locher		iiij
Ad Iohannem Bergmanum de Olpe decatostichon Iacobi locher	Folio	iiij. & v.



Ad Iacobū locher subeunde pfectōis narragōice e bar-	
baria ī latiale solū exhortatio Seba. brāt.	fo. iiii. & v.
In narragonicā pfectionem celeusma. S. B.	iii. & v.
Prologus Iacobi locher in narragoniam.	vi.
Hecatostichō ī pludiū auctoris & libelli narragōici.	vii.
Argumentū in narragoniā.	fo. viii. Incipiūt fatui.
De inutilibus libris	fo. ix.
De bōis cōsiliis.	x.
De avaritiā & pdigalitate.	x
De nouis ritibus.	xi
De antiquis fatuis.	xii
De doctria filiorū.	xiii
De delatoribus & litigiosis.	xiiii
Non sequi bona consilia	xv
De incompōsitis moribus.	xvi
De lesione amicitie.	xvi
De contemptu scripturarum.	xvii
De iprouidis fatuis.	xviii.
De amore venereo.	xix.
De peccantibus super misericordia dei.	xix.
De fatuis edificandi inceptibus.	xx.
De potatoribus & edacibus.	xxi.
De inutilibus diuitiis.	xxii.
De obsequio duorum dominorum.	xxv.
De nimia garrulitate.	xxv.
Inuenire rem alienam & non reddere.	xxvi.
De eo qui in alios animaduertit & met peccat.	xxvi.
De contione sapientie.	xxvii.
Iactatio & confidentia fortune.	xxviii.
De nimia curiositate mortalium.	xxix.
Mutuū accipe.	xxx.
De īutilib <sup>9</sup> votis & petitiōib <sup>9</sup> .	xxx.
De īutili studio.	xxxi.
Temere loq̄ntes p̄ deū.	xxxi.
Qui alios iudicat.	xxxv.
De pluralitate bñfitorū.	xxxv.
De eo q̄ q̄rit exceptōes ad emendandum se.	xxxvi.
De custodia mulierū.	xxxvii.
De adulterio.	xxxviii.
Sp̄ fatu <sup>9</sup> .	xxxviii.
De iracūdia ex leui cā.	xxxix.
De fortune mobilitate.	xl.
De egrotante inobediente.	xli.
De nimium apertis consultationibus.	xlii.
Fatorum damno sapientes nos fieri conuenit.	xlii.
Nil curare detractiones hominum.	xliii.



De subfannatoribus & calumniatoribus fo.	xlviij
Contemptus eternorum gaudiorum	xlviij
Tumultus & confabulatio in ecclesia	xlvi
De proteruo ac spontaneo periculo	xlvi
De via foelicitatis & futura pctōrum poena	xlvi
Praua maiorū exēpla	xlviij
De voluptate corpali	xlviij
Archana esse recondenda	xlvi
Vxorem ducere propter opes	xlvi
De liuore & inuidia I De ipatia correctōis	li
De fatuis medicis & empericis	lii
De sc̄aris potētie exitu lii De p̄destiatōe	liiij
De obliuione sui ipi <sup>o</sup> liiij De vitio i gratitudis	lv
Sui ipius cōplacētia lvi De choreis & saltatōib <sup>o</sup>	lvij
De nocturnis ioculatoribus	lvij
De mendicis & eorum vanitatibus	lviii
De iracūdis mulieribus lix De potētia fatuitatis	lx
De cura astrologie	lxi
De geographica regionum inquisitione	lxii
De eo qui non vult esse fatuus	lxii
De non intelligentibus ludos	lxiiij
Male facere & non expectare	lxiiij
De iprouidētia futuri lxiii De litigātibus i iudicio	lxv
De obscenis fatuis. lxvi De status spūal' abusu	lxvii
De inani fastu & iactātia lxviii De lusoribus	lxviii
De sup̄ssis fatuis. lxx De militibus & scribis	lxx
De stulta nunciorum legatione	lxxi
De cellariis & cocis lxxi De rusticorū arrogātia	lxxii
De paupertatis contemptu	lxxiiij
Nō pseuerare i bono lxxiii De neglectu mortis	lxxv
Cōtēptus i deū lxxvi De blasphemis i xpm	lxxvii
De plaga & idignatōe lxxviii De fatua pmutatōe	lxxix
Honorare parentes	lxxx
De cauillatione sacerdotum in choro	lxxxi
Superbie ostentatio	lxxxi
De vsurariis & foeneratoribus	lxxxii
De yana spe future successionis	lxxxiii
Nō obseruare dies fe. lxxxiiii Largiri & p̄tere.	lxxxiiij
De accidie vitio	lxxxv



# Stultifere nauis

116


De eternis & infidelibus fatuis	lxxvi
De fidei catholice & ipii idiatōe	lxxvii. & lxxviii
& .xxix	
De assentatoribus & parasitis	xc
De delatoribus & obloquentibus	xcj
De falsariis & fraudulitiis	xcii De antichristo
Veritatē obtinere	xciii Retractio a bono
Omissio bonorū opm	xcvi De p̄mio sapie
Neglectus infortunii	xcvii Detractio bonorū
De immoderata mente turpitudine	xcviii
De larvatis fatuis c	Virī prudētis descriptio
In cōmendationem philosophie	ci
Concertatio virtutis cum voluptate	cii
Epigrāma ad lectorem	ciii
Obiectio voluptatis criminantis virtutem	ciiii
Responsio virtutis carmine elegiaco	cv
Latina nauis seu barca socialis	cviii
Excusatio Iacobi locher philomusi	cix
Socialis nauis mechanicorum	cix
De Nicolao Renner Argeñ.	cx
De singularitate quorundam nouorū fatuorū	cxj
Additio Sebastiani Brant	cxii
Epistola Iacobi locher philomusi ad humanissimū fau-	
torem suum, D. Iohannem, B. de Olpe	cxiii
Ad numeros suos vt Iohannena Bergman festine ads-	
eant.	cxv
Finis Stultifere Nauis	folio cxvi























BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU



Inc. 281

INKUNABURY